3 1761 05728630 4

PA
4435
S8A15

ibert Murray

ESICHORI HIMERENSIS FRAGMENTA.

COLLEGIT

RTATIONEM DE VITA ET POESI AUCTORIS

PRAEMISIT

TOMARUS FRIDERICUS KLEINE
PH. D. A. A. L. L. M.
SCHOLAE DUSSELDORPIENSIS COLLEGA.

BEROLINI
TYPIS ET IMPENSIS GE. REIMERI
MDCCCXXVIII.

PA
4435
S8A15

LIBRARY
725641
UNIVERSITY OF TORONTO

D. JOANNI SCHULZIO

POTENTISSIMI BORUSSORUM REGIS AB INTIMIS
REI SCHOLASTICAE MODERANDAE CONSILIIS
EQUITI SPLENDIDISSIMO

ET

D. AUGUSTO BOECKHIO

IN ACADEMIA BEROLINENSI
POESIS ET ELOQUENTIAE PROF. PUBL. ORD.
EQUITI SPLENDIDISSIMO

VIRIS ILLUSTRISSIMIS
DE ANTIQUITATIS STUDIIS
SUMME MERITIS

HUNC LIBRUM

GRATISSIMI ANIMI

SUMMAE PIETATIS

TESTEM

OFFERRE AUSUS EST

EDITOR.

LECTORI S.

Anno abhinc quarto quum Berolini degerem, et a *Boeckhio* juvenum, qui duce *Eo* litteris humanioribus earumque docendarum arti studebant, sodalis essem factus, rem mihi quaerenti jucundam, quaeque ad solertiam meam, quantulacunque erat, exercendam idonea esset, schedae in academicis *Hermanni* et *Boeckhii*, V. V. Cl. Cl., scholis olim a me conscriptae feliciter obtulerunt Himerensem poetam, ut diligentioribus curis post Suchfortium et Blomfieldium adhuc egentem. Ipse continuo integram facere aggrediebar collectionem, *Te* cummaxime, *Schulzi Summe*, et multis magnisque *Tuis* beneficiis et verbis benignioribus ad laborem vel iniquis viribus suscipiendum suadente et exhortante; neque *Te* adversante, *Boeckhi Praestantissime:* imo illa *Tua* cum humanitate, quae digna laude cumulari nunquam poterit, summae eruditionis *Tuae* et ingenii acuminis opem pollicitus es mihi et comiter exhibuisti. Litterariis autem Regiae urbis subsidiis adjutus quum locos in quibus Stesichori apud veteres scriptores mentio est facta collegissem, tantam in molem videbam

crevisse mihi testium de vita et poesi illius copiam, vel praeter ea quae Fabricius et Harlesius in Bibliotheca jam exhiberent, et tot tantisque tenebris atque controversiis impediri intelligebam illorum testium perspicuitatem, ut necessarium esse videretur de illis rebus, quum praesertim fragmentorum distributio, medela, explicatio magnam partem ex iis penderet, singulares primum quaestiones instituere, quippe quae apud editores adhuc desiderarentur. Quarum quae rudimenta sub *Tua, Boeckhi*, disciplina exhibebam quum non ita *Tibi* displicerent, ut non ad eas partes emendandas me excitares quibus vel erravissem vel nimis dubia temere pro veris habuissem, utque cum fragmentis dissertationem quondam palam darem adhortareris, confidenter incudi reddebam libellum. Vix autem ipsis dein poetae reliquiis manum attuleram, quum ad publicum officium suscipiendum Berolino huc revocarer, novoque tum munere per sesquialterum fere annum ita impedirer, ut intacta mihi laterent in scrinio collectanea. Nec fere instaurassem omnino illam operam: taedebat enim destitutum passim me esse necessariis ejus subsidiis; neque illud jampridem me fugerat, iniquius hic illic onus me subiisse: sed praevaluit tandem voti *tantis viris* facti religio, ut denuo illuc animum adverterem. Grato autem animo etiam collegarum carissimorum humanitas hic mihi fuit laudanda, qua per totum laborem librorum copia, quotiensve rerum difficul-

tate vel obscuritate impeditus essem, eximiis ingenii et studiorum dotibus benevole et prolixe me adjuverunt: e quibus *Te* praecipue, *Brueggemanne Humanissime* scholae *Director*, *Te*que, *Hildebrande Doctissime* ejus antistes, appellandi gratissimum fuit officium. Utinam diu mihi concessa sit utilissima *Vestrum* sectatio, jucundissima consuetudo.

Quamvis autem multum praesidii cum ex *horum virorum* benignitate tum e Regiis hujus urbis libris mihi contigerit, aegre tamen nonnullis carebamus in altera libri parte elaboranda. Omnium autem maxime dolui, non licuisse mihi denuo perlustrare Ursini fragmentorum Stesichori collectionem: improvidus enim non omnem lectionum ejus varietatem Berolini enotaveram, neque Dindorfianas curas Athenaeo impensas inspicere ante opus peractum obtigit. Fateor item non pauca in tractandis Stesichoriis rebus aliorum judicio me reliquisse; alia quaedam fortasse ex ambiguis testimoniis certiore passim, quam quo aequum fuisse censeas, judicio constitui. Sed quo magis illarum difficultatum memor eram, eo attentius profecto cavi assidue ne falsam altae atque reconditae eruditionis speciem ostentarem, et malui ingenii solertiam et acumen in me desideratum iri quam prudentiam et circumspectionem. Grata tamen mihi erit erudita omnis, dummodo liberalis sit, ejusmodi errorum reprehensio: tam enim vaga hucusque ferebatur apud viros doctos Stesichoriae artis et poesis de-

lineatio, licet genus illud Doricae vulgo dictae lyrices magnam partem ex ea duxerit originem, tamque destituti sumus perspicuis indiciis de epicorum et lyricorum poetarum, quorum medius esse videtur Stesichorus, nexu et affinitate, ut vel erroribus adeo, si erraverim, ad veriora persequenda putaverim aliquid effici posse.

Vos autem, *Duumviri Celeberrimi*, qui hujus quoque litterarum provinciae et summi et aequissimi estis judices, si quid inest libro *Tantis Nominibus* non prorsus indignum, accipere dignemini quaeso, quod piae venerationis et gratissimi animi pignus esse volui. Ad *Vos* enim solos, qualiacunque sunt quae fortasse in tractandis antiquitatis studiis profeci, ea mihi referenda esse et scio et lubenter fateor: quae autem minus *Vobis* placuerint, ea spero fore ut aequi bonique mihi faciatis.

Scribebam Dusseldorpiae Regis Optimi Natalibus
a. MDCCCXXVII.

CONSPECTUS EORUM
QUAE HOC LIBRO CONTINENTUR.

PARS I.
DISSERTATIO DE VITA ET POESI POETAE.

Sect. I. Stesichori vita a Suida, Eudocia, Constantino Lascari descripta. . . . . pag. 3
— II. Aevum Stesichorium: alii Stesichori. . . — 4
— III. Patria. . . . . — 8
— IV. Pater: Stesichoriae poesis cum Hesiodea nexus. — 10
— V. Fratres. Filiae. . . . . — 14
— VI. Mythus de nativitate poetae. Catanensis gymnasii alumnus non fuit. Negata cum Phalaride consuetudo: [aevum Phalarideum]: fabula in Phalaridem confecta. . . . . — 16
— VII. Occoecatio. . . . . — 20
— VIII. Fuga vel commigratio. Mortis genus. Ubi sepultus sit: sepulcrale monumentum: πάντα ὀκτώ: Stesichorus talorum jactus. . . . . — 25
— IX. Epitaphia. Signa et nummi. Laudum poetae spicilegium. . . . . — 29
— X. Inventa in stropharum compositione: τριὰς Στησιχόρου: nova chori institutio. Musices rhythmos mutavit. . . . . — 34
— IX. Metra Stesichoria. . . . . — 41
— XII. De dialecto poetae. Veteres commentatores. Fragmentorum editores. . . . . — 46

PARS II.
STESICHORI FRAGMENTA.

A. Mythica carmina, fr. I. sqq., his titulis digesta: *Ἆθλα. Γηρυονίς. Κέρβερος. Κύκνος. Σκύλλα. Συοθῆραι. Εὐρώπεια. Ἐριφύλα. Ἰλίου πέρσις. Νόστοι. Ὀρεστεία.* pag. 53
B. Hymni. Encomia. Epithalamia. Paeanes: fr. XLIV. sqq. Leguntur tituli *Παλινῳδία εἰς Ἑλέναν. Ἐπιθαλάμιον Ἑλένας.* . . . . . — 87
C. Erotica carmina. Scolia, fr. LIV. sq. Insunt *Καλύκα. Ῥαδινά.* . . . . . — 100
D. Bucolicum carmen, fr. LVI. sq. *Δάφνις.* . — 107
E. Fabulae, fr. LVIII. *Ἵππος καὶ ἔλαφος. Γεωργὸς καὶ ἀετός. Εἰς Λοκροὺς παραίνεσις.* . . . . . — 109
F. Elegiae Stesichoro tributae. Nomi Stesichorii. . . . . — 114
G. Incerti loci fragmenta, fr. LXI. sqq. . . — 118
H. Incerti auctoris fragmenta, fr. XCV. sqq. Inest *Εἰς Παλλάδα ὕμνος.* . . . . . — 134

Index scriptorum apud quos Stesichori fragmenta deque eo testimonia leguntur, additis locis, quibus, quae Ursinus, Suchfortius, Blomfieldius ex illis exhibuere, laudata invenias. . . . . — 139

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. VI lin. 5 a fine lege: Tantis Viris.
— VII — 10 lege: Horum Virorum.
— VIII — 2 a f. lege: Dusseldorpii.
— — — 6 lege: Epithalamia.
— 3 — 2 dele comma post *Εὐκλείδου*.
— 5 — 14 lege: *Ἀθήνησι*.
— 6 — 14 a f. lege: [5]).
— 8 — 15 dele: est.
— 9 — 9 pone comma post *Σικελίας*.
— 12 — 1 lege: utque potius quid.
— 13 — 11 dele: quoque.
— — not. 13 pone comma post 62, colon ante quo.
— — lin. 7 a f. lege: *Κύκνεια*.
— 14 — 4 — pone comma post inventor.
— — — 2 — lege: Adde.
— 15 — 2 post nominibus adde: suspicabamur.
— — — 15 lege: sophistam.
— 21 — 14 a f. lege: *Ἀιδουσι*
— — — 10 — — *δὲ γρ.*
— 23 — 3 dele: quoque.
— 24 — 3 lege: [11]).
— — — 13 — [16]).
— — — 19 — Timaeum [17]):
— 25 — 13 — autem fugam.
— 27 — 5 a f. lege: delineavit.
— 28 — 11 lege: ξ.
— — — 11 a f. disjunge: o - mnium.
— — — infima adde: Eadem fere exhibet Schol. Plat. p. 320 Bekker., nisi quod vitiose ibi legitur: *ἐπεὶ ὁ ἐν Ἱέρᾳ τοῦ μελοποιοῦ τάφος κ. τ. λ.*
— 29 init. post IX pone punctum.
— 30 lin. 3 lege: commemorare.
— 31 — 9 dele: tamen.
— 32 — 2 — dein.
— — — 9 lege: *ὅ τε.*
— 33 — 8 — indicant quas dicit Horatius.
— 34 sect. X init. lege: Magnas nobis.
— 41 lin. 5 lege: satisfacies
— 47 — 1 — Praeclarissimi.
— — — 10 a f. lege: quoque usu.
— 55 — 2 dele: haec.
— 57 — 5 lege: *πέμματα*.
— — — 17 — fuerunt.
— 58 — 15 a f. lege: *ὅπερ*.
— — — 11 — — *Ἄθλοις*.
— 59 — 10 lege: Fr. I. not. *α*.
— — — 8 a f. lege: *θυγατρός*.
— 60 — 10 lege: *Ἐρύθειαν*.

Pag. 61 lin. 7 post particulae adde: nude sermonem referentis.
— — — 10 a f. lege: *Ταρτησσοῦ*.
— 66 — 4 — — Apollodorus autem tradit.
— 68 — 20 lege: *παῖδας*.
— 69 — 18 — diaeresis facile praeter.
— 71 — 4 dele: Viros.
— 72 — 5 lege: *Εἰσὶ*.
— — Fr. XV dele ictum in fine tripodiae trochaicae.
— — lin. 9 a f. dele: autem.
— 73 — 19 — lege: *παρασκευάζουσάν*.
— — — 3 — — Nicander.
— 78 — infima — De non adm.
— 79 — 11 adde: cf. Buttm. gr. gr. max. §. 119. sect. 70 et 71.
— — — infima disjunge: *καθ-ελών*.
— 80 — 12 lege: *ὑπὸ*.
— 82 — 4 — leguntur.
— 85 — 2 — *Μυκήναις*.
— 96 — 10 — (pag. 65 ed. Fr.).
— 99 — 2 a f. lege: locum.
— 101 — 10 — — Welcker.
— 104 — 5 dele: denique.
— — — 7 sq. lege: Si autem, —, revera etc.
— 105 — 2 a f. lege narrat.
— 106 — 8 lege: Noster.
— — — 11 pone comma post *λιγεῖ*.
— 107 — 9 a f. lege: facile praeteream.
— — — 6 — — Ostendit.
— 108 — 3 lege: *Τίτυρος* et *ᾄσει*.
— — — 12 dele: ex.
— 111 — 9 a f. disjunge: *κατα-πτὰς*.
— 115 — 15 lege: ergo et ipse.
— — — 20 — erraverit.
— 116 — 12 pone colon post Plutarcho.
— 119 — 14 a f. lege: tulisse ut Hesiodi [3]).
— — — 9 — dele quoque.
— 122 — 2 adde: De etymologia vocis vide Buttm. Lexil. T. II. p. 181 sq.
— — — 10 lege: *μολπάς τε*.
— 131 — 12 — *τινὶ*.
— 133 — 3 a f. lege: Heracleas.
— 135 — 5 pone comma post Platoni.
— — — 19 lege: *Ὕμνος*.
— 137 not. [n]) pone punctum post Ursin.
— 140 lin. 24 a f. lege: Fortunatian., Atil., pag. 2673 Putsch.
— — — 20 — — pag. 268 Bas.
— 142 ante Schol. Theocr. insere: Schol. Plat. pag. 320 Bekk. (Asterisco locum nota.) laud. S. VIII, 19.
— 143 lin. 3 lege: Synesius De insomn. pag. 158, B. ed. Par.

PARS PRIOR.

DE

STESICHORI VITA ET POESI

DISSERTATIO,

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINI JENENSI

PRO DOCTORIS GRADU

OBLATA

A. MDCCCXXV.

I.

Suidas voc. *Στησίχορος· Εὐφόρβου ἢ Εὐφήμου· ὡς δὲ ἄλλοι Εὐκλείδου, ἢ Ὑέτους ἢ Ἡσιόδου· καὶ πόλεως Ἱμέρας τῆς Σικελίας· καλεῖται γοῦν Ἱμεραῖος. Οἱ δὲ ἀπὸ Παλλαντίου τῆς Ἀρκαδίας φυγόντα αὐτὸν ἐλθεῖν φασιν εἰς Κατάνην, κἀκεὶ τελευτῆσαι, καὶ ταφῆναι παρὰ τῇ πύλῃ* [a]) *ἥτις ἐξ αὐτοῦ Στησιχόρειος προσηγόρευται. Τοῖς δὲ χρόνοις ἦν νεώτερος Ἀλκμᾶνος τοῦ λυρικοῦ, ἐπὶ τῆς λζ' Ὀλυμπιάδος γεγονώς· ἐτελεύτησε δὲ ἐπὶ τῆς νς'. Εἶχε δὲ ἀδελφὸν γεωμετρίας ἔμπειρον Μαμέρτινον, καὶ ἕτερον Ἀλιάνακτα νομοθέτην. Γέγονε δὲ λυρικός· καί ἐστιν αὐτοῦ τὰ ποιήματα Δωρίδι διαλέκτῳ, ἐν βιβλίοις κς'. Φασὶ δὲ αὐτὸν γράψαντα (ψόγον Ἑλένης τυφλωθῆναι, πάλιν δὲ γράψαντα)* [b]) *Ἑλένης ἐγκώμιον ἐξ ὀνείρου τὴν παλινῳδίαν, ἀναβλέψαι. Ἐκλήθη δὲ Στησίχορος, ὅτι πρῶτος κιθαρῳδίᾳ χορὸν ἔστησεν, ἐπεί τοι* [c]) *πρότερον Τισίας ἐκαλεῖτο.*

[a]) Legitur apud Kusterum *παρὰ τῆς πύλης.*

[b]) Uncis inclusa post Blomfieldium [1]) supplevimus ex Eudociae excerptis, Lascari mox laudando consentiente.

[c]) Sic Eudocia: Kusterus *ἐπεὶ τὸν πρ.*

Eudocia [2]) Suidam exscripsit, omissis verbis *ὡς δὲ ἄλλοι — προσηγόρευται.* Idem

Constantinus Lascaris fecit in libello [3]) de Siculis illustribus Latino sermone e Graecis auctoribus translato. Haec

I. [1]) Fragm. coll. IV, 1.

[2]) Violar. T. I. pag. 385. Villois. anecd. Graec.

[3]) Typis eum excudi denuo curavit Maurolycus in Sican. hist, L. I. fol. 18 sqq. Laudata verba vide fol. 22.

enim ille: „Stesichorus Himerensis, poeta lyricus excel-„lentissimus ac philosophus, tempore Phalaridis. Hic Ti-„sias vocabatur: et quoniam choream instituit, Stesicho-„rus appellatus est, quasi stator choreae. Fratres habuit „Marinum geometram et Halianactem legum latorem, filias-„que doctissimas. Plura Dorice scripsit, quorum nil ex-„stat. Idem quum contra Helenam scripsisset visum ami-„sit, palinodia composita recuperavit. Filius fuit Euphemi, „ut alii, Euphorbi, ut alii, Euclidis, ut alii, Hyetis, ut „alii, Hesiodi. Nonnulli Metauriae ortum memorant in „Italia, nonnulli in oppido Pallantio Arcadiae, atque inde „profugum Catanam venisse, ibique defunctum [d]) ante ci-„vitatis portam quae ab ipsius nomine Stesichoria dicta „est. Ejus sepulcrum octo columnas totidemque gradus et „angulos habebat: de quo adhuc exstat testudinatum monu-„mentum, quam D. Mariae Bethleemiticae aedem vocant."

[d]) Supple *esse et sepultum:* confer Suidam.

II.

Aevum Stesichori controversiae vehementer obnoxium est. Suidas natum eum esse dicit Ol. 37, mortem obiisse Ol. 56: quocum fere congruit Hieronymi Chronicum Eusebianum, quod „Stesichorum poetam clarum habitum esse" tradit a. Ol. 42, 1; nec non Cyrillus contra Julianum: *Ὀλ. μβ'. Στησίχορος ἐγνωρίζετο.* Floruit igitur secundum Eusebium poeta, ut Suidae simul verbis confidas, annos XVII, ad summum XX natus. Mortuum esse poetam Suidas tradit Ol. 56; distinctius Eusebius a. Ol. 55, 1, probante Georgio Syncello in Chronico: *Στησίχορος τέθνηκε Ὀλ. νε'.* Jam vero quum parum sit consentaneum, juvenes vix vicenarios summam artis illius palmam apud priscos Graecos unquam esse nactos, Lucianus [1]) autem

II. [1]) Macrobb. 25. Tom. III. pag. 228. Reitz. *Ἀνακρέων δὲ ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς ἔζησεν ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα· καὶ Στησίχορος δὲ ὁ μελοποιὸς ταὐτά.*

testetur obiisse Stesichorum annos octoginta quinque natum, credas potius natum eum esse a. Ol. 33, 4 Eusebianae rationis, floruisse circa annum vitae trigesimum tertium, vel quadriennio post, ad summum septennio, ut obitum justo tempori Suidas assignaverit: quae quidem traditiones non ita inter se discrepant, ut non aut uterque verum prope tetigisse possit videri, aut alteruter eorum aliquantum erravisse.

Stat autem a contraria prorsus parte Marmor Parium, summae profecto fidei testis, ad. a. Ol. 73, 3 haec exhibens [2]): *Ἀφ' οὗ Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησε, καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐγένετο, καὶ Στησίχορος ὁ ποιητὴς εἰς τὴν Ἑλλάδα .....ο, ἔτη* HHΔΔII, *ἄρχοντος Ἀθήνησι Φιλοκράτους.* Supplerunt *ἀφίκετο* viri docti. Graeciam igitur petiit Himerensis lucri, putant, gloriaeve amore motus. Sed obstant huic temporis rationi praeter ea quae antecedunt tot tantaque testimonia et argumenta ut stare omnino non possit. Audias enim primo Bentleium [3]) concinne argumentantem: „Mortuus est Si„monides secundum Marmor Parium, cui ceteri auctores „congruunt, Ol. 77, 4, nonagenarius: natus itaque Ol. 55, 2, „atque annos non minus LXXI habuit Ol. 73, 3, quando „Stesichorum in Graeciam venisse Marmor testatur. Ac „videtur etiam Stesichorus vix major existimari posse, „nam LXXI anni satis sunt aetatis qua iter tam longum „instituas. Simonides igitur, secundum Marmor, coaevus „erat Stesichori: sed ei contrarium est ipsius Simonidis „testimonium [4]), quo Stesichorum Homero adjungit ut „scriptorem veterem; sermo est de Meleagro:

---

2) Epocha 51.

3) Respons. ad Boyl. de aetate Phalar. pag. 19.

4) ap. Athen. IV. p. 172, E. F.

ὅς δουρὶ πάντας νίκασε νέους,
δινάεντα βαλὼν
Ἄναυρον ὕπερ πολυβότρυος ἐξ Ἰωλκοῦ·
οὕτω γὰρ Ὅμηρος ἠδὲ Στασίχορος
ἄεισε λαοῖς.

„Jam vero dicant omnes quotquot sapiunt, et non plane „hospites sunt in veterum scriptis, possintne existimare „ita locuturum Simonidem de aliquo poetarum lyricorum „suae aetatis? — Praeterea aemulabantur sibi mutuo „omnes invidebantque. Mentionem quidem fecit hic illic „Pindarus Bacchylidis et Simonidis [5]), sed ubique ita ut „vituperationi illis esset. Multo minus ergo Simonides, „pro ea quam veteres notarunt avaritia [6]), qua omni-„bus, quotquot aliquid lucri interciperent, invidebat, illum „honorem habuisset Stesichoro ut eum jungeret Homero, „si tum Himerensi isti vita suppetivisset ad mutuam quae-„stus aemulationem." Suidas praeterea disertis verbis asserit [7]), post Stesichorum vixisse Simonidem, concinente Aristophanis scholiasta [8]): ante Pythagoram adeo Proclus [9]) reposuit fratrem Stesichori Ameristum: Phalaridis eum fuisse coaetaneum est certissimum [10]). Solet indidem cum Alcmane conjunctim laudari et Ibyco [11]): ad Ascraeum

---

5) Illius Ol. II, 154; hujus Isthm. II, 9 sqq. cll. scholl. ad hh. ll.

6) Cf. Suid. vit. Simonidis. Synes. epist. 49. Schol. vet. in Pind. Isthm. II, 9.

7) Voce *Σιμωνίδης*.

8) ad Vesp. 1402. *Λέγει δὲ ἴσως Σιμωνίδην — λυρικόν, μετὰ Στησίχορον τοῖς χρόνοις*. Succurrit praeterea calculo nostro ex ipso Suida aliqua, quantulacunque est, comprobatio: videtur enim ille (cf. vit. Stesich. et Simonid.) putasse, Simonidis nativitatem incidere in Olympiadem qua mortuus sit Stesichorus: illam autem Bentleius l. c. anno Ol. 55, 2 adscripsit. Vides hinc illinc Suidam facillime errare potuisse.

9) Laud. Sect. V. init.

10) Cf. Sect. V. VI.

11) Cf. v. c. fr. LXXVII. XC. XCI. XCII.

adeo poetam fama eum retulit [12]). Valde denique mirarer, tam confidenter illi tribui varia lyricae artis inventa [13]), si eadem jam Simonides, Lasus, Anacreon, alii antea exercuissent. Liquet ergo redeundum esse ad Suidae et ceterorum testimonia, quae quo melius perspici et ponderari possint juxta posita h. l. exhibuimus.

Ol. 37. Natus est Stesichorus. *Suidas.*

Ol. 42, 1. Stesichorus poeta clarus. *Euseb. Hieron. Cyrill.*

Ol. 55, 1. Stesichorus moritur. *Euseb. Hieron. Georg. Syncell.*

Ol. 56. Stesichorus moritur. *Suidas.*

Dedit Suidas poetae LXXIII tantummodo, LXXIX ad summum annos: Luciano vero supra laudato vel ea de causa fidem hic nolim minuere, quod vix eum inter longaevos numerasset, si ne octogenarium quidem putabat eum fuisse, tum quia LXXXV illi aetatis anni tam apte cum quadruplici reliquorum annalium testimonio congruunt. Fac enim mortuum esse Stesichorum Ol. 55, 1, nativitatis annus erit Ol. 33, 4; Ol. vero 42, 1, quo quidem anno clarus fuisse traditur, natus erat annos XXXIII: qualis aetas et artis gloriae convenit, et nostrae rei egregie favet.

Sed vindicari posse videtur Marmor Parium ab insigni reprehensione: hereditariam enim fuisse artem poeticam in Stesichoria gente tum alia probant indicia [14]), tum ipsius Marmoris epocha illa [15]), qua ad a. Ol. 102, 3 haec leguntur: *Ἀφ' οὗ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος ὁ δεύτερος ἐνίκησεν Ἀθήνησιν, ἔτη* ΗΠΙ. Non igitur est cur dubitemus quin illum ad Ol. 73, 3 laudatum Stesichorum Marmoris auctor pro vetere illo celebri ejus nominis Hi-

---

12) Cf. Sect. IV.

13) Cf. Sect. X. et Prooem. A et C (ad fragmenta carminum mythicorum et eroticorum).

14) Cf. Sect. IV. fin.

15) Epoch. 74.

merensi habuerit: poterat enim, quum minus clari nepotis fama aetatem forte non tulisset, bonae ceteroquin fidei testimonia quo non debebat referre. Avorum vero nomina honoris vel saltem commendationis causa saepius nepotes referebant.

Jamque videamus, et gaudeamus, quam bene Marmoris notae quadrent cum poetarum serie inde ab Eusebii et ceterorum tempore inchoata. Singulis enim aetatibus triginta, ut mos est, annorum spatio circumscriptis, priorem illum Marmoris poetam computabis in Graeciam venisse a. Ol. 73, 3 triginta sex annos natum, alterum a. Ol. 102, 3 vicisse Athenis anno vitae tricesimo altero. Priorem jure an secus pro Himerensi habuerit inscriptionis auctor, decernere nolim. Meminit ejus cum Aeschylo simul et Euripide: neque tamen id sufficit ut est dramaticis eum adscribamus poetis. Meliori jure tertium eo referas: videtur enim de victoria illius nota e veteribus Atheniensium didascaliis aliisve probae fidei monumentis depromta esse.

Omisimus hoc loco, quintuplices licet patres illos [14]) filiorum numero accurate sic aequassemus, alterius et tertii Stesichori avos, ut incertiores prorsusque ignotos, eodem fortasse nomine quondam usos: quis enim fidem tribueret tam mirifice congruenti calculo! Quamquam spero fore ut suspicionem de orta patris nominum varietate motam [14]) lecturis quodammodo persuadeam.

III.

Patriam Stesichori Himeram fuisse Siciliae, ad laevam ripam Himerae fluminis sitam, tam vulgaris erat veterum opinio, ut nude passim adeo Himerensem eum poetam appellatum invenias [1]). Non tamen prorsus consen-

---

III. [1]) V. c. Fr. XLIIII, 2. Fr. XXXII. F. XLIIII, 4. Quumque ea urbs locum postea cederet Thermis, lyrici simul cessit

tiebant de hac re veteres. Memorat Suidas *Matauriam*, Lascaris *Metaurum* oppidum ut poetae patriam; Stephanus Byzantius Siciliae *Mataurum* [2]): sed errare videtur de situ urbis geographus. Credas ipsa cum Himera poetam ex Italia duxisse originem: constat enim hanc urbem non multum ante natum Stesichorum [3]) a Chalcidensibus

---

famam; unde Silius l. XIV. vs. 232 canit:

„Littora Thermarum prisca dotata Camoena."

2) Voc. *Ματαυρός· πόλις Σικελίας Λοκρῶν κτίσμα· τὸ ἐθνικὸν Ματαυρῖνος· Στησίχορος Εὐφήμου παῖς, Ματαυρῖνος γένος, ὁ τῶν μελῶν ποιητής.* Ad Italiam locum retulit ex recentioribus Scip. Mazella in: Descrittione del Regno di Napoli p. 3: *Stesicoro poeta di Metauro in Calabria.* Omisit locum Mannertus (Tom. IX. P. II. ed. nov.), sed an injuria id fecerit nescio; audi enim Strabonem (l. VI. pag. 394.) in inferioris Italiae descriptione: *Ἐγγὺς δὲ καὶ Μέταυρος ποταμός, καὶ ὕφορμος ὁμώνυμος.* Consentit Mela (II, 4.): „In Bruttio sunt: Columna Rhegia, Rhegium, Scylla, Taurianum et Metaurum." Plinius denique (H. N. III, 5) illam oram sic describit: „Metaurus amnis, Taurianum oppidum, Portus Orestis et Medma." Oppidum quidem Metaurum nomine hic omisit, neque in Antonini id exstat Itinerario vel in Peutingeriana Tabula: collatis vero quae de Tauriano disputat Mannertus l. c. pag. 170, unum locum dicas utroque nomine *Metauriam* deinceps et *Taurianum* appellatum fuisse. Turbatas esse lectiones Plinii, Melae, Strabonis, jam interpretibus visum. Excidit Mannerto judice apud Strabonem Taurianum post Metaurum flumen; suspicatur idem p. 169 Plinii Taurianum et Orestis Portum uno eodemque loco posita fuisse: qua de re et Cellarii conferas Orb. antiq. T. I. N. 636. ed. Schwartz. Melam facile sic refingas: „— Taurianum, quod et Metaurum." Ad commemoratum Stephani errorem item spectat, quod Bruttiorum *Πρὸς Τρόπαια* ille ad Siciliam retulit: parum enim probabiliter Cellarius l. c. N. 635 contendit, Bruttios quoque temporis illius auctores Siciliae nomine comprehendisse. De scriptura vocis *Ματαυρός, Μέταυρος, Μέταυρον, Μεταυρία* alii decernant; videtur utraque primae syllabae vocalis in usu fuisse apud veteres scriptores: cf. Nic. Heins. ad Sil. Ital. VII, 486. IV, 187. XV, 559. VIII, 451.

3) Ol. 33, 4: v. Sect. II. Himera condita est Ol. 32, 4: cf. Mannert. l. c. pag. 402. Thuc. VI, 5.

e Zancle profectis conditam esse, quibuscum Metauriae simul Locri communem ex Aeolensibus stirpem ducebant. Stesichorum apud Locrenses vixisse aliunde quoque licet colligere [4]). Duo denique nomina, *Tisiae*, quod nomen ante ipsius Stesichori fuisse Suidas docet, et *Mamertini* fratris geometrae apud eundem, sive *Mamertius* ille appellatus fuit [5]), in memoriam nobis revocant duo Bruttiorum oppida, *Mamertium* dico [6]) et *Tisiam* [7]). Non itaque fidem prorsus derogarimus Italicis illis vestigiis, dubitemus licet, utrum ipse poeta an pater aliunde Himeram sit profectus. Metauria eum, utercunque fuit, venisse, non Pallantio, Arcadiae oppido [8]), si venit omnino, non est quod dubitemus.

IV.

Quinque sunt patris nomina, quae apud Suidam leguntur et Lascarin: *Euphorbus*, *Euphemus*, *Euclides*, *Hyetes*, *Hesiodus*. Priores duos et Eudocia exhibet; Euphemum Stephanus Byzantius laudat [1]), nec non anonymus auctor epigrammatis cujusdam in IX lyricos [2]), ubi de nostro:

Στησίχορος Σικελός· πάτρη δέ οἱ Ἱμέρα ἐστίν·
Εὐφήμου πατρός, Δωρικὸς ἁρμονίην.

Mire contra Aristoteles et doctus Philochorus veteris He-

---

4) Cf. Sect. VII init. Fr. LX.

5) Vide Sect. V.

6) e Locrorum ferme regione situm. Festus ejus meminit voc. Mamertini, et Strabo l. VI. pag. 400: *Τὴν δὲ ὑπὲρ τῶν πόλεων τούτων* (i. e. Rhegium et Locros) *μεσόγαιαν Βρέττιοι κατέχουσι, καὶ πόλις ἐνταῦθα Μαμέρτιον, κ. τ. λ.*

7) locum munitum a Rhegio non longinquum: vide Appian. Hannib. 44. Corrigendus inde est Diod. Sic. 37, 1 ubi *Ἀοία* legitur. De utroque oppido conferendus est Mannertus l. c. pag. 193.

8) V. Suid. et Lascarin Sect. I. laudatos.

IV. 1) Laud. Sect. III. not. 2.

2) V. Brunck. Anal. T. III. p. 24. N. 30.

siodi filium eum appellant [3]). Quum vero ipsa horum virorum verba aetatem non tulerint, quonam sensu rem ii intellexerint confidenter vix contendas: nam veterem illum Ascraeum patrem non fuisse argumentis certe apud nostrates non eget, nec est quod refellam Dodvelli doctam sed nimis religiosam chronologiam, neque Gallice hariolantem Burettum [4]). Ut vero intelligas nec plane ineptum nec adeo indoctum esse mythum illum de

---

[3]) De Aristotele Proclus prolegom. in Hesiod. p. 7. ed. Gaisf. et Tzetz. p. 15 sq., ut Ascraeum ostendant CCCC fere annis Homero recentiorem esse, haec tradunt: *Ἀριστοτέλης γὰρ ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δὲ οἶμαι ὁ τοὺς πέπλους συντάξας, ἐν τῇ Ὀρχομενίων πολιτείᾳ Στησίχορον τὸν μελοποιὸν φησιν εἶναι υἱὸν Ἡσιόδου, ἐκ τῆς Κτημένης* (sic Ms. Gaisf. *Κλυμένης* emendat e Proclo ad *Ἔργ.* 268, post Wyttenbach. ad Plutarch. p. 162, C. Sed cf. Suidam vita Hesiodi et Paus. IX, 31, 5, Antiphum et Ctimenum laudantes, virginis Hesiodo amatae fratres) *αὐτῷ γεννηθέντα τῆς Ἀμφιφάνους καὶ Γανύκτορος ἀδελφῆς, θυγατρὸς δὲ Φηγέως.* (Tzetzes *Φησέως:* utrumque corrige, cum Lil. Gyraldo ex Plutarcho *Φησιγέως* reponendo.) Verba illa *ὁ φιλόσοφος — πολιτείᾳ* Trincav. omisit: mirum scholiastae errorem jam Jacobsius notavit Anthol. T. VI. pag. 368. — De Philochoro Proclus testatur ad *Ἔργ.* 269. *Ἰστέον δὲ ὅτι υἱὸς Ἡσιόδου Μνασέας ἐστί· Φιλόχορος δὲ Στησίχορόν φησι τὸν ἀπὸ Κλυμένης· ἄλλοι δὲ Ἀρχιεπῆ.* Tzetz. ad h. l. omisso Philochori nomine: *Ἡσιόδου παῖδα οἱ μὲν Μνασέαν, οἱ δὲ Ἀρχιεπῆ, ἕτεροι δὲ Στησίχορον τὸν μελῳδὸν ἐξεδέξαντο.*

[4]) Dodvellus de cycl. vet. diss. V. sect. 10 sqq. pag. 250 e Stesichori aetate aevum Hesiodeum ut confine constituebat; idem de aetat. Phalar. p. 59 adeo contendebat, duodenarium fuisse Stesichorum anno mortis Homeri! Quae omnia pro certis se habere fatetur Burettus in: Mém. de l'Acad. des inscr. T. X. pag. 210; de ipsis autem Dodvelli auctoris testibus mira incuria idem iste paullo ante (pag. 209) censet: *Quant à Stésichore, quelquesuns le font fils d'Hésiode, et de ce nombre est Suidas. Car pour Philochore et Aristote, allégués a tout hazard par M. Fabricius en preuve de cette filiation,* (nude enim ille: Hesiodi filium tradidere Philochorus, Aristoteles etc., ut Suidam ac Tzetzem praeteream.) *je ne compte pour rien ces citations vagues, et qui ne peuvent se vérifier.*

Stesichoriae stirpis cum Hesiodea nexu, utque simul quid significarit perspicias quove modo ferri potuerit, ad Orphicas res perlustrandas recedere necesse est. Lacerati Orphei caput cum lyra in mare dejectum ad Lesbum, Aeolicam insulam, vel delphino vel undis delatum esse multi narrant [5]), ejusque pro sepultura, Hyginus addit [6]), ad musicam artem ingeniosissimi existimantur esse Lesbii. Ex eadem illa regione, si Tzetzen [7]) audimus, ex eadem certe gente oriundus erat Hesiodus [8]): jam ergo quum Hellanicus tradat [9]), ex Orpheo originem ducere Hesiodum, quid est quod indicet hic nisi in Graeciam propagasse Hesiodum didactica sua poesi veteres illos Orphicos hymnos, postquam in Graecia cessaverint. Testatur aliud stemma simillimo modo mythicorum Hesiodi carminum ex Homericis originem [10]). Ut vero Orphei post flebilem mortem os lyraque in Lesbum, sic Lesbiacae fere originis [7]) Hesiodus, aeque tristem nactus obitum nec Orphico disparem, a delphinorum grege in continentem defertur inter Locridem sitam et Euboeam, ut mire Proclus tradit, sive e Rhii et Molycriae regione, teste Plutarcho, quo loco Locrorum sacra et *πανήγυρις* celebrari

---

5) Locos nuper collegit Bode De Orpheo pag. 86. not. 62.

6) Poet. Astron. II, 7.

7) Prolegg. in Hesiod. pag. 12. et ad *Ἔργ.* 633: *ἐκ Κύμης τῆς περὶ Μιτυλήνην* dicit oriundum esse Hesiodum.

8) Arctissimus erat Aeolensium cum Boeotis nexus; unde Bode l. c., *meministine*, ait, *Aeolicae coloniae partem Boeotiae incolis constitisse?* Cf. et Muellerum in *Orchomen.* locis not. 10 laudatis.

9) apud Proclum ad Hesiod. pag. 141, B (Sturz. Frgm. LXXV ed. alt.), et in vita Hom. ined. e cod. Escur. in Bibl. vet. lit. et art. P. I. pag. 8 (Sturz. Fragm. CXLV.).

10) Vide Suid. vit. Hesiod. Gaudemus consentire h. l. nobiscum Muellerum in disquisitionibus de Thracum gentili cum Boeotis nexu, et de primariis heroici carminis sedibus et commigratione, in *Orchom. histor.* p. 379 sqq. 387 sqq.

solebant [11]). Venit jam quo tendebat sermo: ut enim concedas modo indicatam [12]) Locrensem Stesichori originem, probabiliter item suspiceris, cognatione illa indicari, translatum esse Hesiodi sive Hesiodeorum epos per gentilem Locrensium nexum ad nostrum poetam, quippe qui, Quintiliano [13]) et fragmentis testibus *quum epici carminis onera lyra sustentarit*, lyricis poetis non aequius fere quam epicis fuerit adscribendus. Solebant utique singula poeseos genera certis gentium finibus includi et earundem solummodo commigrationes sequi [14]): Stesichorus sic Ascraeum quoque poetam apprime imitatus est atque secutus quum in fabularum delectu tum in singulis multis rebus mythologicis, formam licet epici carminis non adhibuerit [15]). Non inique autem post alios Muellerus inde Hesiodeorum poetarum tempora usque ad Stesichori aevum deduxit [16]). Quamvis enim non ipse hic videatur illius filium se appellasse, poterat tamen, ut praecipuus ejus imitator inter Italicos Aeolenses, et clarissimus hujus regionis poeta [15]), aequissimo jure illo titulo cumulari.

---

11) Schol. Procl. in Hesiod. p. 7. Gaisf. Schol. Tzetz. p. 16. Plutarch. in VII sapient. conviv. pag. 162, C. Pausan. IX, 31, 5. Suidas vit. Hesiod. Confusas passim res et nomina aliis relinquo discernenda.

12) Sect. III.

13) Instit. orator. X, 1, 62: laud. Diss. IX (not. 17) quo loco etiam alia in eundem hunc finem collecta apte conferes.

14) Cf. Muellerum l. c. not. 10.

15) Cf. Prooem. A (ad myth. carm.) Memorabilis quoque de hac re locus est Pindaricus Ol. X, 19 sqq. de Locris Epizephyriis:

μέλει τέ σφισι Καλλιόπα
καὶ χάλκεος Ἄρης. τράπε δὲ Κύκνεια μάχα καὶ ὑπέρβιον
Ἡρακλέα· κ. τ. λ.

In mentem venit Stesichori *Δεῦρ' ἄγε Καλλιόπεια λίγεια* (fr. LXXVIII): ipse Pindarus deinceps relata Stesichoria fictione (v. Schol. ad h. l.), quemnam poetam praecipue respexerit, subobscure indicat.

16) Orchom. pag. 358.

Quae quum tantam veri speciem prae se ferant, non est quod conjiciamus revera e Clymene Hesiodum, sed prorsus ignotum aliquem, Stesichorum habuisse filium: credamus potius occultiorem illum mythi sensum pinguia postea passim ingenia fugisse et in errorem duxisse. De reliquis autem quatuor nominibus quid? arguentem nos audio lectorem. Quid mirum autem, si plures deinceps Stesichorii nominis gentisque iisdem artibus et litteris operam navarant [17]), postea, ubi singulos discernere difficilius evasit, omnia jam in celeberrimi proavi nomen esse collata?

V.

Fratrum Stesichori par laudatur apud Suidam, *Mamertinus* geometra et legislator *Halianax*. Lascaris *Marinum* alterum appellat, sed fortasse ex Maurolyci editoris corruptela orta est varietas. Memorabilius vero, *Ameristum* eundem appellari in prisco Hippiae Elei testimonio apud Proclum [1]) servato. Facile est de mutato geo-

---

17) Cf. Sect. III.

V. 1) Ad Euclid. Elem. I. comment. l. II. pag. 19. ed. Basil. 1560. Narrat Thaletem ex Aegypto geometriae cognitionem in Graeciam transtulisse; tum sic pergit: *μετὰ δὲ τοῦτον Ἀμέριστος ὁ Στησιχόρου τοῦ ποιητοῦ ἀδελφός, ὃς ἐφαψόμενος τῆς περὶ γεωμετρίας σπουδῆς μνημονεύεται· καὶ Ἱππίας ὁ Ἠλεῖος ἱστόρησεν ὡς ἐπὶ γεωμετρίας δόξαν αὐτοῦ λαβόντος. Ἐπὶ δὲ τούτοις Πυθαγόρας κ. τ. λ.* Haec omnia foede corrupit rerum et nominum commutatione Mongitorius in Sicula Bibliotheca Tom. II. pag. 28: quae piget referre: en vero lutulentorum ejus fontium vestigia. Claud. Franc. de Chales in: Curs. Mathem. Tract. Prooem. C. II. p. 7. „Thaleti proxime successit *Ma-*„*mertinus*, insignis geometra, quique multa geometrica ad-„invenisse dicitur. — Eodem fere tempore vixit *Amethistus* (sic), „summus geometra, qui dicitur rerum geometricarum inventor „de quo nihil nisi nomen et elogium retulit Proclus. Frater „fuit Stesichori poetae." Addo Raphaelem Volaterranum in: Philologia lib. XXXV. De part. Geometr. fol. 408.: „Geome-

metrae nomine conjicere illis simillima quae de *Tisia* et *Stesichoro* deinceps a poeta gestis Suida teste nominibus: alterum a patria, alterum ab arte esse ascitum [2]): sed haec incertiora sunt et ab re nostra remotiora.

Filias poetae commemorare taedet fere, quum non pauca quidem de iis ferantur, manarint vero omnia e commentitiis illis Phalaridi et Diodoro adscriptis epistolis. Licet enim in iis non omnia ab ipso auctore sint inventa [3]), attamen ne ita quidem eum rem suam instituisse putes, quominus ne aequalibus dicam, sed vel nobis ejus commenta pateant: ut optime ostendit Bentleius [4]). Habuerit

---

„triam Thales in Graeciam primus adduxit: post eum *Ma-*
„*mertius* frater Stesichori poetae, et Hippias Eleus." His Mongitorius, nimio erga popularem studio in mendacium delatus, addit, scripsisse virum de rebus geometricis. Aeque fere insanum est Boylii somnium (in not. ad Phalar. epist.), quo ex Halianactis legislatione concludit, necessario Stesichorum nobilissimae et ditissimae gentis fuisse: quem tamen jam Bentleius redarguit.

[2]) De geographica *Tisiae* et *Mamertini* vocum origine cf. Sect. III. fin.

[3]) Cf. nos ad Fr. XXXV et in Prooem. F.

[4]) Consummavit res praeter alios credulus Mongitorius, quem insertis Epistolarum fontibus exhibemus. „Himerae ortae," ait (Bibl. Sic. T. I. p. 197), „sub patris disciplina mirum in „modum poetica gloria claruere, ac morum elegantia insignes „floruere. Catanam una cum Stesichoro digressae, ibique ea„rumdem doctrina demirata, Clarioni ac Tetrarchio, praeci„puis Catanensibus, Stesichori ex sorore nepotibus, nuptui „traditas, ac publico sumtu dotatas, legimus in epistolis Dio„dori Siculi. Multa scripsere poetica monumenta Dorica lin„gua (Ep. 2. 97.), quae nimium demirabatur Phalaris: ideoque „defuncto Stesichoro his ejus filiabus consolatorias epistolas „dedit (Ep. 97.), ac eo existimationis argumento prosequu„tus est, ut ad earum petitionem, et ut Stesichoro etsi de„functo morem gereret, pretium pro captivis Tauromenita„nis solutum (qui adversus tyrannum bellum susceperant) „restituit, ut ex epistolis Phalarideis (Ep. 38. 98. 99. 100: cf. „et Jo. Tzetzen earum excerptorem, in Chil. I, 25. vs. 640 sqq.

poeta filias, poetria fuerit una alterave, neque repugnabimus nos nec pro veritate contendemus; quae autem praeterea traduntur omnia haud dubie vana sunt et merito omittenda [5]).

VI.

Exordium faciat rerum ad ipsam poetae vitam pertinentium dulce fabulans Christodorus, statuam Stesichori describens in Zeuxippo Byzantii gymnasio positam [1]):

Στησίχορον δ' ἐνόησα λιγύθροον, ὅν ποτε γαῖα
Σικελίη μὲν ἔφερβε, λύρης δ' ἐδίδαξεν Ἀπόλλων
Ἁρμονίην, ἔτι μητρὸς ἐνὶ σπλάγχνοισιν ἐόντα·
Τοῦ γὰρ τικτομένοιο καὶ ἐς φάος ἄρτι μολόντος
Ἔκποθεν ἠερόφοιτος ἐπὶ στομάτεσσιν ἀηδὼν
Λάθρη ἐφεζομένη λιγυρὴν ἀνεβάλλετο μολπήν.

Legebatur *ἱερόφοιτος* apud H. Stephanum [2]): emendavit Jacobs. e msc.

Ad fabulam illam jam Plinius [3]) respicit hisce de luscinia verbis: „Non dubium est suavitatem praemon„stratam efficaci auspicio, quum in ore Stesichori cecinit „infantis."

„V, 31. vs. 925 sqq. laud. sect. VI.) habemus." Eadem fere Olearius quoque, de poetr. Graec. §. 67. et Carrera in Memorab. Catan. Vol. I. pag. 461. tradunt. Addere poterant, Phalaridem oleum misisse Stesichori ex filia nepoti, digno utique gymnasiarcho (Ep. 86).

5) Quid denique, quod perfricta fronte Mazella in: Descrittione del Regno di Napoli pag. 3 *Luscinae* nominis filiam Stesichoriam asserit poematis claruisse? Venit in mentem de luscinia, quae in ore Stesichori infantis cecinerit (vide Sect. VI init.), antiqua fabula: unde novam sibi fortasse ille finxit. Sed satis jam notati Italici nugatores!

VI. 1) Ecphras. vs. 125 sqq. in Jacobs. Anthol. T. I. pag. 42 ed. alt., quam solam ubique adhibuimus.

2) Anthol. Graec. pag. 387.

3) Hist. Nat. X, 29.

Ineunte aetate Stesichorum litteris operam dedisse in Catanensi gymnasio quidam narrant [4]): sed fidem concedat illis rebus cui lubet.

De familiaritate Stesichori cum Agrigentino tyranno multa ex iisdem illis fictitiis epistolis facete tradit Tzetzes [5]): quibus quanta fides in universum tribuenda sit,

---

[4]) Laurentius Beyerlink e Soc. Jes. in: Theatr. vitae human. T. I. pag. 33. voc. Academia; ex eo Mongitorius Bibl. Sic. T. II. voc. Stesichorus. Prioris istius figmenta sunt, vel certe ex indoctis istis Phalarideis epistolis indocte et negligenter excerpta; fortasse ex epist. 96 ubi haec leguntur: *Δέξασθ', ὦ Ἱμεραῖοι, παρὰ μὲν ὑμῖν γεννηθέντα τραφῆναι τὸν ἥρωα, καὶ παιδευθέντα καταβιῶναι.* Sive ex ep. 86, qua narratur Phalaris oleum misisse Stesichori ex filia nepoti, digno utique gymnasiarcho. Catanensibus enim nuptae erant secundum Sophistam (v. Sect. V.) Stesichorides. Male praeterea iste monachus antiqui temporis gymnasia et litterarum scholas confudit: rectius de his senserunt Hieron. Mercurialis De art. gymn. l. I. cap. 3, Jo. Bapt. de Grossis in Decachordo Catanensi T. I. Chord. IV. pag. 144—166 (in Graev. et Burm. Thesauro Siculo T. X.), aliique ab hoc de gymnasio Catanensi laudati.

[5]) Chil. I, 25. vs. 640 sqq. V, 31. vs. 925 sqq. Exhibemus alterum hunc locum, additis epistolarum exscriptarum numeris. Sermo est de Phalaride:

Τούτῳ γὰρ καὶ Στησίχορος ἐχθρὸς ὤν (Ep. 6. 7. 8. 9.) *κατεσχέθη,*
Οἶμαι πρὸς Πελοπόννησον περῶν ἐκ τῆς Παχύνου,
Σὺν Κόνωνι Δροπίδᾳ τε καί γέ τισιν ἑτέροις.
Καὶ Κόνων ἀπεσφάγη μὲν Φαλάριδι εὐθέως·
Ὁ δὲ Δροπίδας ἐν τίμῃ στέλλεται τῇ πατρίδι. (Ep. 10. 11.)
Στησίχορος δ' ὁμόψυχος ἦν τούτῳ τε καὶ φίλος. (Ep. 12. 13. 14. 16.)
Ἐπαίνους δὲ βουλόμενος Φαλάριδι συγγράφειν
Εἴργεται παρακλήσεσι τούτου, μὴ γράψαι ταῦτα,
Εἰ θέλεις γράφειν, λέγοντος, γράψον ἐμοῦ τὸν τρόπον,
Οἷος αὐτὸς καθέστηκα καὶ ποδαπὸς δοκῶ δέ. (Ep. 17. 18.)
Θανόντος Στησιχόρου δὲ ὁ Φάλαρις ὑστέρως,
Μεθ' ὅλα ἔτη δώδεκα τῆς τελευτῆς ἐκείνου,
Ὡς δι' αὐτὸν χαρίζεται λύτρα Ταυρομενείταις,
Ποσῷ ταλάντων ἑκατόν, γραφαῖς τῶν θυγατέρων,
Πολλὰς ὀφείλειν χάριτας γράψας τῷ Στησιχόρῳ. (Ep. 38. 98—100.)

jam supra indicavimus [6]). Sed ne amicum quidem tyranno fuisse poetam, — per temporum licet rationem esse potuerit — [7]), concedet qui egregiam legit Bentleii argumentationem [8]) contra sophistae nugas. Partem ejus h. l. liceat adscribere. „Cum Hieronem," inquit, „Syracu-„sarum tyrannum hortaretur Pindarus [9]), ut poetas et vi-„ros literatos comiter haberet, Croesum ait humanitatis et „bonitatis erga eos immortale nomen consecutum, memo-„riam vero crudelis istius et inhospitalis Phalaridis ubi-„que fuisse invisam. Siccine putares locutum Pindarum, „si de singulari ejus in Stesichorum amore aliquid audi-„visset? Nam, ut in epistolis describitur, eorum consue-„tudo et familiaritas non minore fuit digna praeconio „quam illa Croesi cum Aesopo et Solone: ut, si nota „Pindaro fuisset, non commisisset ut tam turpem ei no-„tam inureret." Imo tantum abfuit ut tyranni amicus fuerit poeta, ut fabula potius narrata, teste Aristotele [10]),

---

6) Sect. V.

7) Aequales enim fuerunt per aliquod tempus illi duo, sive Phalaridis mortem cum Eusebio ad a. Ol. 38, 2 removes, sive cum Orosio (I, 20) statuis vixisse eum adhuc Ol. 55, 1, sive mortuum esse credis a. Ol. 57, 3 ex Hieronymi ratione: ii enim extremi sunt fines tralatitii aevi Phalaridei. At vero falsum esse Eusebium certo certius. Consummatur e Thucydide (VI, 4) ortum esse Agrigentum CLIII annos post Syracusas conditas, id quod constat non ante a. Ol. 11, 3 esse factum (v. Goeller. De sit. et orig. Syracus. init. cl. Mannert. Geogr. vet. T. IX. P. II. p. 307 sq.): non igitur ante a. Ol. 49, 4 conditum est Agrigentum. Congruunt huic rationi quae Hieronymus tradit, Phalaridem inde ab a. Ol. 53, 4 per XVI annos tyrannidem exercuisse: quod quidem aevum etiam Muellerum video probare (Dor. T. II. pag. 494). Bentleius contra (Respons. ad Boyl. pag. 17) tyranni mortem vindicat anno Ol. 47, 2: quo anno si obiisset, Agrigenti certe tyrannus non fuisset.

8) Dissert. Phalarid. XV. p. 41 sq.

9) Pyth. I, 94 sq. ed. Boeckh.

10) Rhetor. II, 20. laud. Fr. LVIII, 1.

Himerenses contra eum excitarit. Eadem mire Conon [11]) tradit contra Gelonem, Syracusanum tyrannum, eum protulisse: quem Bentleius [12]) sequitur, incertus nimirum de Stesichoriis temporibus. „Videntur," putat, „Gelonis causae pro Conone esse. Geloni enim summum honorem „habebant Himerenses, qui ab Hamilcone obsessam eorum civitatem Ol. 75, 1 liberavit, profligatis omnibus copiis Carthaginiensium." Si verum vidisset Britannus, primus quidem Stesichorus non esset intelligendus, ille potius, quem in Graeciam venisse a. Ol. 73, 3 Marmor Oxon. notat: tyrannidem enim accepit Gelon a. Ol. 72, 2, mortem obiit Ol. 75, 4. Ac liquet quidem ex Herodoto [13]), Gelonem virum fuisse non mediocriter tyrannicum, potentiaeque perquam cupidum: subegit sibi Camarinam, Megaram, Euboeam, Syracusanam potestatem adeptus; ante Hippocrati Gelano Callipolin, Naxum, Zanclen, Leontium subegerat: neque tamen cum Conone consentit Herodotus. Militum ducis dignitate, qua honoraverint Gelonem Himerenses post cladem Punicam, ad tyrannidem eorum petendam eundem illectum esse, putat Bentleius. Erat autem ille tunc temporis Syracusarum jam tyrannus, degebat Syracusis, vigebat fama divitiarum et gloria militari, ut Graecorum adeo principatum contra Medos postulaverit, fuderat denique immensum Poenorum exercitum, quorum primo impetui quum Himerenses cessissent: quid jam, quaeso, opus ei fuisset urbana eorum cohorte ad summam urbis potestatem obtinendam? Sive cur adeo postulavisset praetorianos illic milites, dum Syracusis degeret non Himerae?

---

[11]) Narrat. 42 ap. Phot. laud. Fr. LVIII, 2.

[12]) Respons. ad Boyl. pag. 18. Quibusnam Gelonis causis innitatur Bentleius, non est cur pluribus exponamus: conferat cui lubet accurate de iis disserentem Goellerum, De sit. etc. Syracus. p. 11 sqq.

[13]) VII, 154 sqq.

Urbium praeterea quas in potestatem suam redigebat incolas aut Syracusas ducere solebat aut ex insula prorsus depellere [14]). Vix igitur *post* stragem Punicam illa res acciderit: quo jam omnem veri speciem, quatenus certe ex ipsis gestis rebus Bentleius collegerit, intercidere vides. Nec vero probabilius, *antea* rem factam esse. Frustra enim diceres tentasse Gelonem, quae feliciter postea Terillo evenerint, quippe qui diu videatur Himerae regnasse, quum filiae matrimonio jam Rhegii tyrannum Anaxilaum, vetere hospitio Hamilcarem Poenorum principem sibi conciliasset [15]). Ante Terilli vero dominium Gelonis conatus reponendi essent: nam tangebat illud Punicae fere cladis tempus, neque nimis apte ipsam illam quae aetatem tulit fabulam poeta narrasset civibus tyrannicam potestatem jam expertis. Atque profecto haec enarratio ad vetustiora potius illa tempora respicit, et ad puerilem rerum publicarum aetatem, qua fabularum admonitiones facilius cives intelligunt et probant quam concinnas orationes, quibus etiam impares adhuc solent esse oratores. Adaequatum est exemplum Menenii Agrippae illud apud Romanos. Accedamus itaque Aristoteli, cui vel si cetera paria essent accederemus. — Si autem justa sunt quae contra Gelonem supra contendimus, pars eorum in Phalaridem simul cadit: videtur enim, quum Himerensibus insidiaretur, Agrigenti tyrannus nondum fuisse.

VII.

Occoecatum esse poetam propter editum Helenae vituperium, et conscripta Palinodia visum recuperasse, insigni testium copia [1]) asseveratur. Fuse rem Pausanias [2])

---

[14]) Herodot. VII, 156.
[15]) Cf. Goeller. l. c. not. 12.
VII. [1]) Vide fr. XLIV — L.
[2]) III, 19, 11.

narrat: *Ὃν δὲ οἶδα λέγοντας Κροτωνιάτας περὶ Ἑλένης λόγον, ὁμολογοῦντας δέ σφισι καὶ Ἱμεραίους, ἐπιμνησθήσομαι καὶ τοῦδε. Ἔστιν ἐν τῷ Εὐξείνῳ νῆσος κατὰ τοῦ Ἴστρου τὰς ἐκβολάς, Ἀχιλλέως ἱερά· ὄνομα μὲν τῇ νήσῳ Λευκή, καὶ ναὸς Ἀχιλλέως καὶ ἄγαλμα ἐν αὐτῇ· ἐς ταύτην πρῶτος ἐσπλεῦσαι λέγεται Κροτωνιάτης Λεώνυμος. Πολέμου γὰρ Κροτωνιάταις συνεστηκότος πρὸς τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκροὺς τιτρώσκεται τὸ στέρνον, καὶ, ἔκαμνε γὰρ ὑπὸ τοῦ τραύματος, ἀφίκετο εἰς Δελφούς· ἐλθόντα δὲ ἡ Πυθία Λεώνυμον ἀπέστελλεν ἐς νῆσον τὴν Λευκήν, ἐνταῦθα εἰποῦσα αὐτῷ φανήσεσθαι τὸν Αἴαντα καὶ ἀκέσεσθαι τὸ τραῦμα. Χρόνῳ δὲ ὡς ὑγιάνας ἐπανῆλθεν ἐκ τῆς Λευκῆς, ἰδεῖν μὲν ἔφασκεν Ἀχιλλέα, ἰδεῖν δὲ τὸν Οἰλέως καὶ τὸν Τελαμῶνος Αἴαντα — Ἑλένην δὲ Ἀχιλλεῖ μὲν συνοικεῖν, προστάξαι δέ οἱ πλεύσαντι ἐς Ἱμέραν πρὸς Στησίχορον ἀγγέλλειν, ὡς ἡ διαφθορὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐξ Ἑλένης γένοιτο αὐτῷ μηνίματος. Στησίχορος μὲν ἐπὶ τούτῳ τὴν παλινῳδίαν ἐποίησεν.* Idem tradit Conon [3]), nisi quod Autoleontem pro Leonymo nominat. Lucianus [4]), de coenis in Elyseis campis instructis: *Αἴδουσι δὲ Εὔνομός τε ὁ Λοκρός, καὶ Ἀρίων ὁ Λέσβιος, καὶ Ἀνακρέων, καὶ Στησίχορος· καὶ γὰρ τοῦτον παρ' αὐτοῖς ἐθεασάμην, ἤδη τῆς Ἑλένης αὐτῷ διηλλαγμένης.* Suidas l. c. *Φασὶ δὲ αὐτὸν γράψαντα Ἑλένης ψόγον τυφλωθῆναι, πάλιν δέ, γράψαντα Ἑλένης ἐγκώμιον ἐξ ὀνείρου τὴν παλινῳδίαν, ἀναβλέψαι.* Plato [5]) denique: *Ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ᾔσθετο, Στησίχορος δέ· τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν ὥσπερ Ὅμη-*

---

3) Narrat. 18 ap. Phot.

4) Ver. Hist. II, 15. T. II. p. 113. Reitz. Uberius l. c. vide Prooem. C. not. 8.

5) Phaedr. p. 243, A. laud. Fr. XLIIII, 1.

ρος, ἀλλ' ἅτε μουσικὸς ὢν ἔγνω τὴν αἰτίαν, καὶ ποιεῖ εὐθύς· οὐκ ἔστ' ἔτυμος κ. τ. λ. ποιήσας δὲ πᾶσαν τὴν καλουμένην παλινῳδίαν παραχρῆμα ἀνέβλεψεν. Quae laudavimus satis docent credidisse veteres Stesichorum poema fecisse Παλινῳδία sive Ἑλένης ἐγκώμιον inscriptum, aliquo tempore post quam occoecatum se esse ob vituperium alicunde certus sit factus. Memorabilia vero sunt Isocratis verba de Helena [6]): Ἐπεδείξατο δὲ καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ τὴν αὐτῆς δύναμιν· ὅτε μὲν γὰρ ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς, ἀνέστη τῶν ὀφθαλμῶν ἀπεστερημένος· ἐπειδὴ δέ, γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς, τὴν παλινῳδίαν ἐποίησε, πάλιν αὐτὸν ἐς τὴν αὐτὴν φύσιν κατέστησεν. „Unde colligi „potest," notat Blomfieldius [7]), „Palinodiam ejusdem car„minis ac vituperium partem fuisse: et nescio an utrum„que ad Ἰλίου Πέρσιν pertineat. Verisimile est, ut mihi „quidem videtur, Stesichorum circa initium carminis sui „Helenam infamasse; mox, quasi derepente divino quo„dam oestro percitum, in palinodiam erupisse, et nonni„hil de coecitate ab Helena subito immissa injecisse: „quod poetae figmentum simpliciter ac bona fide dictum „fuisse recentiores credidere." Probamus omnino quae in fine dicit V. D., poetam in Palinodia enarrasse cur occoecatus sit; sed vix Pausanias, ut Cononem praeteream, ita de narratione apud Himerenses et Locrenses vulgata locutus fuisset, si uno eodemque carmine poeta et iram divinam se meruisse et gratiam rursus recuperasse ipse fassus esset. Non uno in loco duo rerum illarum carmina diserte discernuntur. Laudat Maximus Tyrius [8]) Στησιχόρου τὴν ἔμπροσθεν ᾠδήν, Dio Chrysostomus [9])

---

[6]) Vide Fr. XLVIIII, 2.
[7]) Frgm. coll IV, 1.
[8]) Fr. XLIIII, 2.
[9]) Fr. XLV, 4.

Στησίχορον ἐν τῇ ὕστερον ᾠδῇ: ipsa adeo vox *παλινῳδία* videtur idem postulare, Etym. Magn. enim h. v. *ᾠδὴ τῇ πρότερον ἐναντία:* imitans quoque Horatius [10]) integro carmini hunc titulum inscripsit. Notatu digna praeterea duo sunt Athenaei loci [11]), quibus simpliciter ex *Helena* fragmenta laudantur; quorum alterum ad *Helenae epithalamium* pertinuisse videtur, quippe cujus tituli notitiam Theocriti scholiastae [12]) debeamus. Non igitur nos curaremus unius Isocratis auctoritatem, etiamsi non aliam ejus verba quam Blomfieldii illam admitterent interpretationem. Sed videntur de industria adeo illic *ᾠδὴ* et *παλινῳδία* voces sibi oppositae esse: ut enim accentu eas graviore pronuncies, illa *τῆς ᾠδῆς* fere significent *carminis illius in quod palinodiam postea fecit.* Illius carminis titulus quo Stesichorus Deam vituperaverit nusquam legitur: occurrunt passim quidem [13]) *κατηγορία, κακηγορία, ψόγος* voces, sed ubivis haec pro carminis summa, non pro titulo ab auctore addito erunt habendae. Aperte contra nonnulli indicant, Helenam obiter potius in quodam carmine reprehensam esse, quam oda de industria illo fine composita. Valde igitur verisimile est poetam id fecisse in *Ἰλίου Πέρσει,* quo titulo Blomfieldius putabat utramque odam fuisse comprehensam. Neque enim illic de Helenae fatis sermo esse non potuit: Dio Chrysostomus [14]) etiam tradit nulla eum protulisse adversus Helenam quae non antea composuerit Homerus: id quod egregie firmat nostram suspicionem. Si enim nil novi volebat proferre ille in Helenam, quum tamen alias acer-

---

10) Od. I, 16.

11) Fr. XLVI et XLVII.

12) Laud. Fr. LI.

13) Inter carminum titulos has voces recepit Harlesius in epimetro ad Fabricium.

14) Laud. Fr. XIX.

rimus esset rerum mythicarum novator [15]), certissime nec singulare carmen in eam faciebat. Palinodiam autem simpliciter *Ἑλένα* appellavit Athenaeo teste l. c. [16]): duobus igitur his titulis res ad Helenam pertinentes, prout laudem exhibeant aut vituperium, subjunximus in collectione.

Jam vero ut ad occoecationem redeamus de qua instituta est disquisitio, concedebamus Blomfieldio, poetam aliquid de coecitate pro poena divinitus immissa Palinodiae inseruisse: ineptissime vero id fecisset, aequales enim et populares cummaxime carmina ejus audiebant vel legebant, nisi per aliquod certe tempus luminibus captus fuisset. Non moramur itaque dictum illud Archelai Cyprii apud Ptolemaeum Hephaestionem [17]), *falsum esse illum de occoecatione rumorem*, ut errorem aut alius cujusdam Stesichori commutatione excusandum, aut vana sophistae hariolatione temere commissum. Quamquam, nisi tam plana nobis res esse videretur, non prorsus aspernaremur in usum nostrum convertere quae scite et venuste de Phaedri Platonici loco allato disputat Proclus ad Timaeum. *Ὅμηρος δὲ κατ' ἄλλην, οἶμαι, καὶ τελεωτέραν τῆς ψυχῆς ἕξιν, ἀποστὰς μὲν τῶν ἐν αἰσθήσει φερομένων καλῶν, καὶ τῆς φαινομένης ἁπάσης ἁρμονίας τὴν ἑαυτοῦ νόησιν ὑπεριδρύσας, εἰς δὲ τὴν ἀφανῆ καὶ ὄντως οὖσαν ἁρμονίαν ἀνατείνας τὸν τῆς ψυχῆς νοῦν καὶ περιαχθεὶς εἰς τὸ ἀληθινὸν κάλλος ὑπὸ τῶν τὰ τοιαῦτα διαμυθολογεῖν εἰωθέντων, ἀφαιρεῖσθαι τῶν ὀμμάτων εἴρηται, καὶ τοιοῦτόν τι παθεῖν οἷον δὴ καὶ αὐτὸν τὸν Δημόδοκον τὸν παρὰ τοῖς Φαίηξιν ᾠδὸν πεπονθέναι φασίν, ὃν ὁ θεὸς ὁ τῆς μουσικῆς χορηγὸς*

ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν [18]).

---

15) Testantur id passim mythicorum carminum fragmenta.

16) Vide fr. XCVI.

17) Pag. 398. ed. Basil.

18) Hom. Od. VIII, 64.

Addi poterat Thamyris [19]), a Musis occoecatus quod earum artem sprevisset, Tiresias, alii. Propius vero noster poeta Daphnidis Siculi, quem carmine celebravit [20]), habebat exemplum, ut divina ira occoecati.

VIII.

Stesichorum Graeciam vidisse verisimile quidem nobis est respicientibus cummaxime ad varia ejus scripta atque inventa [1]), quippe quae viro certe in Graecae poesis arte et indole multum versato debeant tribui, testimonia vero, excepta nimis dubia illa fuga [2]), ea de re adhuc desiderantur.

Multo autem certius est Matauria eum in Siciliam commigrasse [3]): nec tamen Catanam statim, ut confuse Suidas tradit, sed Himeram antea petiverit. Catanensem tum fugam sub vitae finem videtur instituisse [4]), fortasse rerum novationibus commotus et civili dissensione, quas Phalaridis insidias par est apud Himerenses excitasse [5]). Cohaesisse credas cum fuga sive ex Italia sive Himera instituta nominis illa, cujus Suidas meminit, mutatio [3]). Ad comprobationem denique eorum quae contendimus hoc quoque notandum, et Catanam et Himeram Chalcidensium fuisse colonias, gentili igitur nexu cum Metauria conjunctas [6]).

---

[19]) Hom. Il. II, 596 sq. Ceterum digna sunt quae conferas de tam nota quam mirabili re quae disputat Frid. Schlegelius in Lineamentis historiae Graecae poeseos. T. I. p. 49.

[20]) V. Fr. LVI.

VIII. [1]) Cf. Diss. sect. X. XI.

[2]) Ex Pallantio Arcadiae oppido, a Suida voc. Στησίχορος exhibita: cf. sect. III in fine.

[3]) Cf. sect. III.

[4]) Sepultus enim est Catanae: cf. nos in sequentibus.

[5]) Cf. sect. VI.

[6]) Cf. Thuc. VI, 3 et 5.

De morte Suidas, alius ut videtur verbis, haec servavit [7]): *Ἱκανὸς ὄνομα, λῃστὴς τὸ ἐπιτήδευμα· ὃς ἀνεῖλεν Αἰσχύλον τὸν αὐλητὴν* [8]) *καὶ Στησίχορον τὸν κιθαρῳδόν.* Num de vetere nostro Stesichoro sermo sit, non liquet, Suidas licet haud dubie id crediderit: vitae enim eum haec non addidisse non mirum in tali excerptorum congerie.

Catanae sepultum esse poetam, bonorum testium copia probatur: Antipatrum dico [9]), cujus epigramma ex parte etiam Suidas [10]) affert, eundemque hunc lexicographum aliis duobus locis [11]), quem altero Constant. Lascaris [12]), altero Apostolius [13]) exscripsit. Epistolarum denique Phalaridearum auctor inducit Himerenses [14]) „adeo „infensos Catanensibus, quod Stesichori cineres haberent, „ut etiam belli denunciandi et civitatis eorum evertendae „consilium agerent. Missos ad Phalarin legatos auxilium „petentes; quem, tanquam socium liberalem, promittere „missurum se quantum vellent armorum, virorum et pe„cuniae. Interea tamen hos animorum motus eum facile „comprimere et conditiones pacis proponere: gauderent „Catanenses Stesichori monimento, templum vero ei ex„strueretur Himerae." Concedes fictitias has res pro loco tamen sepulturae justum ferre testimonium. Contrarius quidem est Pollux [17]), binisque locis Eustathius [19]), de

---

7) S. v. *ἐπιτήδευμα.*

8) Fugit hic Stanleium, variorum Aeschylorum catalogum exhibentem in notis ad Aeschyleam anonymi vitam.

9) Laud. sect. IX in init.

10) S. v. *ζαπληθές*, laud. sect. IX. not. 2.

11) S. vv. *Στησίχορος* et *πάντα ὀκτώ.*

12) Laud. sect. I. not. 3.

13) Proverbb. XV, 67.

14) Ep. 96. ed. Lennep. Stesichorum templo non fuisse ab Himerensibus honoratum, contra auctorem bene edocuit Bentleius Diss. Phalar. XV. pag. 38 sqq.

Himera uterque eadem tradens quae de Catana Suidas [15]): *Οἱ μὲν Στησίχορόν φασιν ἐν Κατάνῃ ταφῆναι πολυτελῶς πρὸς ταῖς ἀπ' αὐτοῦ Στησιχορείοις λεγομέναις πύλαις, καὶ τοῦ μνημείου ἔχοντος ὀκτὼ κίονας, καὶ ὀκτὼ βαθμούς, καὶ ὀκτὼ γωνίας· οἱ δέ, ὅτι κ. τ. λ.* Sed satis illis fuisse videtur proverbii originem ostendere: de loco sepulcri accuratius investigare minus erat e consiliis [16]). Omnium autem maxime Stesichoriae portae nomen confirmat quae contendimus.

Ex monumenti Stesichorii forma partibus octonis exstructi originem duxit secundum quosdam *πάντα ὀκτώ* proverbium, Suida auctore l. c. quocum Pollux [17]) consentit: *Καὶ μὴν καὶ Στησίχορος ἐκαλεῖτό τις παρὰ τοῖς ἀστραγαλίζουσιν ἀριθμός, ὃς ἐδήλου τὰ ὀκτώ· τὸν γὰρ ἐν Ἱμέρᾳ τοῦ ποιητοῦ τάφον ἐξ ὀκτὼ πάντων συν-*

---

15) s. v. *πάντα ὀκτώ.*

16) Ostendunt murum quendam hodie Catanenses, ceu Stesichorii sepulcri reliquias. Carrera in Monum. Catan. lib. IV. pag. 325 brevi a porta intervallo id situm fuisse asseverat; uberior de hac re est Fazellus De rebus Siculis lib. III pag. 58: „Primo extra urbem lapide, orientem versus, ad portam quae „ad Acim oppidum ducit, Stesichoro sepulcrum elevatum „Catanenses voluerunt. Cujus sepulcri non longe a porta „Acidis in aede Bethleem, in hortis Nic. Leontini, qui apud „veteres sepulcrorum erat locus, adhuc exstat memoria." Adde Lascarin in fine vitae Stesichoriae. Cautius de hisce egit D'Orvillius in Siculis pag. 216. Ni vero egregi fallimur eandem istam aedem Italis visam excudi curavit aenea tabula Jo. Bapt. de Grossis in Catanensi Decachordo VI, 9, pag. 196 (inserto Graev. et Burmann. Thes. Sic. T. X) his verbis appositis: „Sistam hic sepulcri exemplar, quod „Archangelus, excellenti in patriam studio, prae ceteris dili„gentior, ab oblivione in recentem erutum memoriam, Ca„tanensium mentibus insculpendum, delineatum." Sed cave ne religiose haec colas: Byzantiae enim iste potius quam dicunt architecturae, quam veteris ullius Graecorum artis expressit opus.

17) Onomast. IX, 7.

τιθέντα, πεποιηκέναι τὴν πάντ' ὀκτὼ φασὶ παροιμίαν. Nec vero de significatu neque de origine docti consentiunt [18]).

De commemorato apud Pollucem *Stesichoro* talorum jactu plura servavit Eustathius [19]): *Ἐπαίζετο δὲ ἡ πεδία* (fortasse legendum *πεττεία*) *τέσσαρσιν ἀστραγάλοις, ὧν ἕκαστος πτώσεις εἶχε τέσσαρας, οὐ μὴν ἕξ, κατὰ τοὺς κύβους ἐξ ἑβδομάδος κατ' ἀντίθετον συγκειμένας· ἀντεκεῖτο γὰρ μονὰς καὶ ἑξάς, εἶτα τριὰς καὶ τετράς· δυὰς δὲ καὶ πεντὰς ἐπὶ γώνων κύβων ἦν, ὡς ἐχόντων ἐπιφανείας ἕξ. Ἦσαν δέ, φασίν, αἱ πᾶσαι πτώσεις τῶν ἀστραγάλων, παραλαμβομένῳ ὡς ἔθος, πέντε καὶ τριάκοντα· ὧν αἱ μὲν θεῶν ἐπώνυμοι, αἱ δὲ ἡρώων, αἱ δὲ ἐνδόξων ἀνδρῶν, αἱ δὲ ἑταιρίδων, αἱ δὲ ἀπό τινων συμβεβηκότων κατὰ τιμὴν ἢ χλευὴν προσηγόρευνται. Ἐλέγετο δέ τις ἐν αὐταῖς καὶ Στησίχορος, ὁ τὴν ὀκτάδα δηλαδὴ σημαίνων, ἐπεὶ ὁ ἐν Ἱμέρᾳ τῇ Σικελικῇ τάφος τοῦδε τοῦ μελοποιοῦ ἐξ ὀκτὼ γωνιῶν συνέκειτο.* Octas illa quatuor talis, quorum latera quaterna unione, ternione, quaternione, senione signata erant —, deerat enim tesserarum binio et quinio, — unione solummodo et ternione geminatis effici poterat.

---

18) Pergit Suidas l. c. *οἱ δέ, ὅτι Ἀλητὴς κατὰ χρησμὸν τοὺς Κορινθίους συνοικίζων, ὀκτὼ φυλὰς ἐποίησε τοὺς πολίτας, καὶ ὀκτὼ μέρη τὴν πόλιν· εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν παγίων καὶ βεβαίων.* Zenobius Centur. V. ex Evandro scribit, octo fuisse deos qui omnium rerum tenerent moderamina; ex aliis autem, Olympica certamina octona fuisse: quae singula apud eum enumerata invenies. Sed taedet nos amplius haec persequi, quum praesertim ne de vi quidem proverbii certi aliquid constet. Erasmus quidem et Manutius in Adagiis docent, *omnia octo* dici quum multa inter se similia videantur, vel quum nihil deesse ad perfectionem significemus: equidem autem acumen non perspicio, cui omnes simul illae indicandae originis rationes bene conveniant.

19) Ad Hom. pag. 1229, et iisdem fere verbis pag. 1397.

IX.

Duo exstant in Stesichorum vetera epitaphia; Antipatri alterum [1]):

Στασίχορον, ζαπληθὲς ἀμετρήτου στόμα Μούσης,
Ἐκτέρισεν Κατάνας αἰθαλόεν δάπεδον·
Οὗ, κατὰ Πυθαγόρα φυσικὰν φάτιν, ἁ πρὶν Ὁμήρου
Ψυχὰ ἐνὶ στέρνοις δεύτερον ᾠκίσατο.

Priores duo versus apud Suidam [2]) quoque leguntur. Legitur *Στησίχορον vs.* 1. apud Suidam et Stephanum. *ἀμέτρητον* Suid. Steph. *vs.* 2. *Ἐκτέρισε* Suid. Brunck. *vs.* 3. *Πυθαγόρεω* Steph. *vs.* 4. *ἐν* Steph. Brunck. *ᾠκήσατο* Cod. Pal. ap. Jacobs.

Exstat alterum sericis aetatis distichon in Ferretii Musis lapidariis [3]):

„Ops ego Stesichori Aetneis hic ossibus ossa
„Clausa tego vatis: cetera mundus habet."

Vs. 1. *hinc* legebatur apud Ferretium. Ad Aetnae radicem sitam fuisse Catanam satis notum [4]).

Digno honore Himerenses poetam cumulasse auctor est M. Tullius [5]): „Erant (Thermis [6])) signa ex aere

---

IX. [1]) Anthol. T. I. pag. 328. Versus sic vertit H. Grotius:
En tegit os plenum, non deficiente Camoena,
Stesichorum Catanes igne perustus ager:
Si verum Samii dogma est sapientis, Homeri
Quae fuit, in pectus venerat hoc anima.

[2]) Voc. *ζαπληθές*.

[3]) V, 36. pag. 354: ex Graecis in Latinum sermonem conversum esse subobscure editori indicatur.

[4]) Cf. Antipatrum l. c. vs. 2. Sil. Ital. XIV, 196:
Tum Catana ardenti nimium vicina Typhoeo.

[5]) In Verr. II, 35.

[6]) I. e. Himerae: hac enim urbe deleta P. Scipionis Africani aevo, Thermas Himerenses non longe ab oppido antiquo (cf. Cic. l. c. et Diss. Sect. not. 1.) condiderunt. Digna autem sunt quae allegentur D'Orvillius quae notavit in Siculis pag. 25 de *Termini* urbis incolis: eo enim nomine Thermae nunc appellantur. „Quum cives," ait, „gloriae a majoribus pro-

„complura —. Erat etiam Stesichori poetae statua seni-„lis, incurva, cum libro, summo ut putant artificio facta." Aliud quoddam poetae nostri simulacrum commemorate supra [7]) vidimus Christodorum in Zeuxippi, gymnasii Byzantini, descriptione.

Exstat denique nummus aeneus, in Stesichori, ut putant, memoriam cusus [8]), altero latere caput galeatum

---

„fectae studiosi magis quam aemuli, ex Tullio intellexissent, „statuam Stesichori Himerensis poetae a Scipione inter plu-„rima alia monumenta Thermitanis, ut Himerensium here-„dibus, restitutum, illi ex marmore statuam senatoriam sub-„stituerunt, librumque dextrae et cetera insignia poetica af-„finxerunt, et in curiae muro collocaverunt." Idem tum pag. 26: „Curiae Terminorum parietes interiores picturis „ostendunt Stesichori acta." Recentioris illius signi, nisi egregie fallor, iconem, non veteris Thermitani a Cicerone descripti depingi curavit Jac. Gronovius in Graec. Antiq. Thes. T. II tab. 38. Est fere juvenilis adhuc, togaque vestita. Nescio vero annon magis comprobandus sit J. F. Christius qui, ut e Clotzii comperi censura Suchfortiani Stesichori, inserta Actis literar. Vol. VII P. 1 pag. 86, in libro: Saturnia carmina, metrum, pedis genus, Lipsiae 1754. pag. 9 edidit picturae linearis beneficio signum in Sarda annulari antiqua scite expressum. Addit censor, „conjectura „non improbabili Christium illud retulisse ad Stesichorum „poetam. Nam illud in signum mirifice convenire verba Ciceronis: *Erat etiam etc.* Apparet senis decrepiti statua, in „manibus liber est, persona ad pedes abjecta poetam indi-„care videtur, etc." Sane poetam: sed nonne dramaticum potius?

[7]) Sect. VI not. 1.

[8]) Aere eum, quum inter D'Orvillii adhuc esset collectionem, excudi curavit P. Burmannus II inter Sicula numismata Tab. IX n. 10 post D'Orxilli Sicula. Suspicatur galea instructum caput Palladis esse: id quod ex aliis nummis Himerae nomine signatis possis comprobare, quos descriptos invenies in Raschii Lex. rei numar. T. II P. II p. 313 n. 34; rarior quidam memoratur cum Palladis galeato capite et tribus itidem granis: alii multi pag. 311 gallo gallinaceo signati, sacra illa Minervae ave (cf. Boeckh. ad Pind. O. XII, 13 sqq.). Deam

referens, virum stantem altero, dextra coronam, sinistra lyram tenentem. Circumscriptae sunt litterae ΙΜΓΙΙΡΩΝ. Non quidem absurdum esset Stesichoro talem honorem adscribere, quippe qui Sapphoni quoque, Alcaeo, Anacreonti tributus sit [9]): sed nimis infirmis illa suspicio innititur argumentis.

Addimus commemoratis hisce honoribus scriptorum veterum loca quibus dignas laudes Himerensis poeta nactus est, omissis tamen multis illis quae alibi, singulari suo quodque consilio, videbis adhibita.

Aristides [10]): *Καὶ μὴν εἰ Ὅμηρον Σμυρναίοις παρασχέσθαι, — καὶ Στησίχορον Ἱμεραίοις, — φέρει φιλοτιμίαν.*

M. Tullius [11]): „— Stesichori, qui fuit Himerae, sed „et est et fuit tota Graecia summo propter ingenium ho„nore et nomine."

Deam apud Italicos certe Locrenses praecipue cultam esse verisimile est: traditur enim (vide Aristotelem ap. schol. ad Pind. Ol. XI, 17. pag. 241 not. 5. Boeckh.) Zaleucum Locrensem per somnium ex ea leges suas accepisse. Cf. Mueller. Dor. T. II pag. 228. not. Eundem cultum Himerae fuisse suspicati sunt Massievius de Pind. Ol. XII in Mem. Acad. Inscript. T. IV pag. 492 et Boeckh. ad Pind. Ol. XII, 13 sqq. De litteris circumscriptis Burmannus haec notat: „sunt pro „*ΙΜΕΡΑΙΩΝ:* de qua scriptura conferatur Spanhemius De praest. et us. numism. pag. 95." Frustra autem Spanhemianam talis scripturae defensionem quaeres, nec adeo si alicubi legeretur fide digna esset. *ΙΜΕΡΑΩΝ* quidem nummo Himerensi apud Spanhemium l. c. pag. 158 depicto distincte legitur inscriptum: sed e corruptis illis litteris, vel Ρ illo in Ρ, hinc in Α s. Α mutato, nomen hoc refingere equidem non audeo. Quid enim si cui placeret a tertia sigla incipere — circulo enim illae sese excipiunt —, et *ΗΙΡΩΝΙ Μ.* i. e. *Ἱρωνι Συρακοσίῳ* vel tale quid legere? Quo tum Pallas fugeret et poeta laureatus?

9) Cf. Spanhem. l. c. pag. 42.

10) Orat. T. I pag. 152 Steph.

11) in Verr. II, 35.

Dionysius [12]), quum contendisset omnes scriptores longissime cedere Homero poetae, dein haec subjungit: *Καθ' ἑαυτοὺς δὲ εἰ θεωροίη τις αὐτούς, ἀξιοθέατοι, μελοποιῶν μὲν Στησίχορός τε καὶ Ἀλκαῖος, τραγικῶν Σοφοκλῆς, κ. τ. λ.* Medium enim dicendi genus — *τὸν μέσον χαρακτῆρα* —, cui maxime favet ipse, ei tribuit. Aliis magis etiam Homeri similis fuit:

Longinus [13]): *Μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο; Στησίχορος ἔτι πρότερον, ὅτε Ἀρχίλοχος, κ. τ. λ.*

Auctor anonymus epigrammatis cujusdam in IX lyricos [14]):

— *Ὁμηρικὸν ὅς τ' ἀπὸ ῥεῦμα*
Ἔσπασας οἰκείοις Στησίχορ' ἐν καμάτοις.

Dio Chrysostomus [15]): *Τοῦτό γε ἅπαντές φασιν οἱ Ἕλληνες, Στησίχορον Ὁμήρου ζηλωτὴν γενέσθαι, καὶ σφόδρα ἐοικέναι κατὰ τὴν ποίησιν.*

Synesius [16]) adeo epicum fere poetam eum facit: *Ὥσπερ Ὅμηρος καὶ Στησίχορος τὸ μὲν ἡρωϊκὸν φῦλον διὰ τὰς ποιήσεις αὐτῶν ἐπικυδέστερον ἐποίησαν.*

Quas quidem laudes ex parte comminuere videtur Quintilianus [17]), licet non prorsus contraria iisdem proferat: „Stesichorus quam sit ingenio validus, materiae „quoque ostendunt: maxima bella et clarissimos canen„tem duces, et epici carminis onera lyra sustinentem. „Reddit enim personis in agendo simul loquendoque de„bitam dignitatem, ac si tenuisset modum videtur aemu„lari proximus Homerum potuisse; sed redundat atque „effunditur: quod ut est reprehendendum ita copiae vi-

---

12) De comp. verb. T. II. pag. 28. Sylb
13) De sublimitate XIII, 3.
14) Anthol. T. II. pag. 62.
15) Oratt. pag. 559. D. Morell.
16) In Insomniis pag. 158. B. edit. Paris. MDCXII.
17) Institut. orator. X, 1, 62.

„tium est." Effusae autem dictionis vitium egregie excusatur suavitate epithetorum quam Hermogenes [18]) ei testatur: *Ταῦτά τοι καὶ Στησίχορος σφόδρα ἡδὺς εἶναι δοκεῖ, διὰ τὸ πολλοῖς χρῆσθαι τοῖς ἐπιθέτοις.*

Statius [19]) quidem „ferocem" eum appellat, sed respicit haud dubie ad celebrata illa „maxima bella:" gravitatis enim et dignitatis modum eum non superasse, indicant Horatii [20]) „graves Stesichori Camoenae."

Auctor illius, quae Dionysio vulgo tribuitur *Τῶν ἀρχαίων ἐξέτασις* [21]): *Ὅρα δὲ καὶ Στησίχορον ἔν τε τοῖς ἑκατέρου τῶν προειρημένων* (Pindari et Simonidis) *πλεονεκτήμασι κατορθοῦντα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὧν ἐκεῖνοι λείπονται κρατοῦντα· λέγω δὲ τῆς μεγαλοπρεπείας τῶν κατὰ τὰς ὑποθέσεις πραγμάτων, ἐν οἷς τὰ ἤθη καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν προσώπων τετήρηκεν.*

Anonymus denique auctor epigrammatis cujusdam in IX lyricos [22]):

Λάμπει Στησίχορός τε καὶ Ἴβυκος.

Vix autem, ut equidem opinor, cum Synesio [23]) reprehendes Stesichorum quod aliorum res in suum usum converterit: etenim poetarum quoque principem ipse sophista participem fecit hujus vitii, nec adeo ullus facile poeta in mythis tractandis expers ejus invenietur.

---

18) De form. orat. II. pag. 409. Laurent.

19) Silv. V, 3. vs. 154: *Stesichorusque ferox.*

20) Od. IV, 9. vs. 8.

21) Post Dionys. T. II. pag. 69. Sylb.

22) Anthol. T. II. pag. 203.

23) De insomniis l. l. Hoc enim sibi velle videntur verba haec subobscura: *Οὔτε γὰρ κενεμβατοῦντας τοὺς λόγους ἐξήνεγκαν, ὥσπερ τὸ νέον τοῦτο σοφὸν γένος ἐπὶ συμπεπλασμέναις ταῖς ὑποθέσεσιν, οὔτε ἑτέροις κατεχαρίσαντο τὸ σφέτερον ἀγαθόν, ὥσπερ Ὅμηρος καὶ Στησίχορος.* De iisdem nos cf. ad fr. XXXVII.

Chrysippus e contrario in secundo libro de natura deorum [24]) Stesichorias fabellas cum Orphei, Homeri, Hesiodi aliorumque fabellis voluit accommodare ad suam de diis doctrinam, ut fraudulenta interpretatione Himerensis poetae auctoritatem ad probandas Stoicorum res adhiberet.

Quod denique autem fere pulcherrimis solummodo poematis par est contingere: post saecula adhuc Stesichori cantilenae in gentium ore versabantur. Traduntur Dionysii junioris tempore Stesichorii paeanes cuique notissimi fuisse [25]), et a convivis post coenam esse cantati; legimusque apud Ammianum Marcellinum [26]), „Socratem adeo „jam poenae destinatum, conjectumque in carcerem, per„rogasse quendam scite lyrici carmen Stesichori modu„lantem, ut, dum liceret, id agere doceretur."

X.

Egregias nobis difficultates, quod ad chorum carmibus adhibitum attinet, Suidas objicit verbis: *Ἐκλήθη δὲ Στησίχορος, ὅτι πρῶτος κιθαρῳδίᾳ χορὸν ἔστησεν· ἐπεί*

---

24) Galen. De Hippocr. et Plat. dogmm. T. I. pag. 267. Basil. *Ὥσπερ γὰρ ἐξ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου βραχέα παρεθέμην ὀλίγῳ πρόσθεν, ὧν ὁ Χρύσιππος ἔγραψεν, οὕτως ἐξ Ὀρφέως καὶ Ἐμπεδοκλέους καὶ Τυρταίου καὶ Στησιχόρου καὶ Εὐριπίδου καὶ ἑτέρων ποιητῶν ἐπῶν μνημονεύει παμπόλλων, ὁμοίαν ἐχόντων ἀτοπίαν.* Idem ibid. pag. 268. *Ἐμπλήσας ὁ Χρύσιππος ὅλον βίβλιον ἐπῶν Ὁμηρικῶν καὶ Ἡσιοδείων καὶ Στησιχορείων, Ἐμπεδοκλείων, Ὀρφικῶν, ἐκ τῆς τραγῳδίας, καὶ παρὰ Τυρταίου καὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν οὐκ ὀλίγα παραθέμενος.* Id. ibid. pag. 269. *Οὐκ αἰδεῖται δὲ (ὁ Χρύσιππος) Τυρταῖόν τε καὶ Στησίχορον ἐπικαλούμενος μάρτυρας, οὓς εἰ καὶ ζῶντας ᾔρετό τις περὶ τούτων τῶν δογμάτων ἐπιστήμης, ἔξω μὲν ἡγήσαντο ἂν εὖ οἶδ' ὅτι μηδὲν ἐπαΐειν αὐτῶν.* Vide quoque Cic. de nat. deorum I, 15. Cf. Bode de Orpheo pag. 103.

25) Timaeus docet ap. Athen. VI. pag. 250. B. laud. Fr. LII.

26) XXXVIII, 4.

τοι πρότερον Τισίας ἐκαλεῖτο. Notum enim diu ante Stesichorum saltationibus Graecos in sacris usos fuisse, illis certe in Latonae et liberorum ejus honorem institutis: quippe quarum inventionem fabuloso jam Philammoni [1]) veteres tribuerint. Ac videntur citharam illi chori admisisse moderatricem, cujus instrumenti quum ipse Apollo inventor saepius appellatus sit, cumque Phrygiis aulodis dicatur illam pulsans certavisse [2]). In Homerico hymno ad Delphici Apollinis lyram Musae canentes saltantesque Gratiae Olympi incolas delectant [3]): concedesque hymnum Delphis cantatum esse saltatione verbis conveniente instructum. Plutarchus [4]) contra: *Οὐ μόνη δὲ κιθάρα Ἀπόλλωνος, ἀλλὰ καὶ αὐλητικῆς καὶ κιθαριστικῆς εὑρετὴς ὁ θεός· δῆλον δὲ ἐκ τῶν χορῶν καὶ τῶν θυσιῶν ἃς προσῆγον μετὰ αὐλῶν τῷ θεῷ· καθάπερ ἄλλοι τε καὶ Ἀλκαῖος ἔν τινι τῶν ὕμνων ἱστορεῖ.* Sed cave ne laudatis Suidae verbis inductus putes, tibia solummodo moderatrice ante Stesichorum choros in Dei honorem ad carmina esse saltatos: sive paeanes ea fuerint sive hyporchemata sive prosodia [5]). Indidem potius quod testibus

---

X. [1]) Vide Heraclid. ap. Plut. De mus. III: *Ἀλλὰ καὶ Φιλάμμονα τὸν Δελφὸν Λητοῦς τε καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος γένεσιν δηλῶσαι ἐν μέλεσι, καὶ χοροὺς πρῶτον περὶ τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν στῆσαι.* Scripturae ut videtur vitio Welckerus Alcman. pag. 13. not. 8 Terpandrum laudat.

[2]) Cf. Marsyae et Apollinis certamen ap. Apollod. I, 4, 2, §. 2. Adde Heyn. ad h. l. De Apolline cum Pane certante vide Ovid. Metam. XI, 153 sqq. De lyrae inventione vide Bion. III, 8. cf. Callim. hymn. in Del. 253 et Pausan. V, 14, 6.

[3]) Hymn. Homer. in Pyth. Apoll. vs. 4—28. Ilgen. Cf. Hom. Il. I, 603 sq. Odyss. VIII, 488 sq. Hesiod. Theog. 94 sq.

[4]) De mus. XIV.

[5]) Hyporchemata quidem Thaletae Cretensis tempora non superasse videntur: cf. Plut. De mus. IX, X; sed prosodia haud dubie Plutarchus indicavit: hisque inservierunt odae fortasse seu hymni heroico metro compositi, quales Homerici sunt,

egerent crede inusitatiores fuisse tibiis moderatos choros et pompas. Omnino autem de hac re probandus nobis esse videtur Lennepius [6]), ratus „non alienum esse, Ste„sichorum primum Himerae, aut in Sicilia, chorum *κι„θαρῳδίᾳ* instituisse, aut saltem ejus rationes antea ru„diores simplicioresque multis modis correxisse et mu„tasse, atque adeo tanquam chori artificiosius instructi „auctorem appellatum Stesichorum, quum antea Tisias „nominaretur." Quibus verbis summam fere argumentationis nostrae proposuit: sequantur ipsa argumenta et testes ab illo omissi.

Videtur quidem laudem novae chori institutionis ad Alcmanem deferre Clemens Alexandrinus [7]), tradens *χορείην ἐπινοῆσαι Ἀλκμᾶνα:* qui tamen poeta quinquaginta fere annis ante Stesichorum vixit [8]). Inveniuntur passim in illius fragmentis [9]) choricae poesis vestigia: fuit et ipse saltationis magister, docuitque Doricas virgines [10]): et lyrae et tibiae adaptavit cantilenas [11]). Nos autem ut sollicitet haec cum Stesichoro aemulatio tantum abest, ut miraremur adeo nisi Alcmani quoque chori institutio a

---

priusquam lyrica poesis metrorum rhythmorumque variatione illos a coelestium aris paullatim depelleret.

[6]) Ad Epist. Phalar. pag. 270. Secutus est, sed caute ut debuit, Buretti disquisitionem, diffusiorem eam quam subtiliorem, deque gentilium more ingenii potius hariolationem quam probae fidei initentem fontibus quaestionem, insertam Monumentis academ. inscript. T. X. pag. 210 sq. — Bene praeterea idem V. D. rejecit l. c. Langbaenii nugas et somnia (ad Longin. sect. XIII. pag. 99.) de Suidae verbis explicandis vel emendandis.

[7]) Strom. lib. I. pag. 308. C.

[8]) Vide Welcker. ad Alcm. pag. 7. not. 6.

[9]) Cf. Fr. 4. 67. 68. 108. Welcker.

[10]) Cf. fr. 12. Welcker. Probat idem Simonidis (v. Athen. X. pag. 457. A), Pindari aliorumque lyricorum imitatio.

[11]) De lyra cf. fr. 14. 73., de tibia fr. 75. 86. 38. Welcker.

quoquam esset tributa: tam arcte cum chori motibus cohaeret stropharum ratio atque dispositio. Quantacunque igitur in lyrica arte ejus principes, Alcman et Stesichorus invenerunt, iis non minora in choris quibuscum carmina docerent necesse est eos novasse. Spartae id fecerit ille, hic Himerae: ne tamen suspicemur inscium hunc postea illius acta egisse, universa obstat Stesichori poesis ratio, stropharum forma, rhythmi, metra, quum ab Alcmanicis haec omnia sint diversissima.

Cogimur hic ad instituendam quaestionem, uter strophas invenerit, antistrophas et epodas Dorici quod dicunt carminis. Jam vero, epodas non adhibuisse Alcmanem, colligas vel ex noto Graecorum proverbio, apud Suidam aliosque obvio [12]): *οὐδὲ τὰ τρία Στησιχόρου γιγνώσκεις.* Cujusnam enim nomen aequiore modo, prae inventoris illo, ad hanc rem adhibuissent veteres? Quam vero proverbii originem Suidas offerebat altero loco, epodicam fuisse universam Stesichori poesin, eam cave ne credulus probes [13]): quamquam concedendum est vix illa

---

12) Suid. h. v. *ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων καὶ ἀμούσων εὕρηται ἡ παροιμία· ἐπειδὴ εὐδόκιμος ἦν.* Diogenian. proverb. VII, 14: *Οὐδὲ τρία Στησιχόρου γινώσκεις· ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων, ὅμοια τῇ· Ἀμουσότερος Λειβηθρίων.* Vatican. proverb. append. III, 38: *Οὐδὲ τὰ τρία τὰ Στησιχόρου γινώσκεις· ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων καὶ ἀμούσων εὕρηται· ἐπειδὴ δύο ἀντιστρόφους ᾖδον οἱ λυρικοὶ καὶ μίαν ἐπῳδήν.* Suid. s. v. *τρία Στησιχόρου· στροφήν, ἀντίστροφον, ἐπῳδόν· ἐπῳδικὴ γὰρ πᾶσα ἡ τοῦ Στησιχόρου ποίησις· καὶ τὸν τελέως ἄμουσόν τε καὶ ἀπαίδευτον λοιδοροῦντες ἔφασκον ἂν οὐδὲ τρία τὰ Στησιχόρου εἰδέναι.* Hesych. s. v. *τριὰς Στησιχόρου· ἔθος ἦν περὶ πότον ᾄδεσθαι, ὡς καὶ τὰ Ὁμήρου.*

13) Fabulas enim epodica forma eum confecisse vix credas: cf. Prooem. E in fragm. coll. et quae sub litt. F. de elegiis Stesichoro tributis disputavimus. Videatur aliis Plutarchus quoque (De mus. III.) Suidam refellere subobscuris his verbis: *Οὐ λελυμένην δὲ εἶναι τῶν προειρημένων* (Demodoci, Thamyridis, Phemii) *τὴν τῶν ποιημάτων λέξιν, καὶ μέτρον οὐκ ἔχουσαν· ἀλλὰ καθάπερ ἡ Στησιχόρου τε καὶ τῶν ἀρχαίων μελοποιῶν, οἱ*

legi potuisse, nisi egregia certe carminum pars epodicam formam retulisset.

Non aeque vero strophas Alcman excoluit et amplificavit inventor. Agnoscimus quidem adhuc strophicam in fragmentis formam [14]), et disertus est de ea Hephaestio [15]): *Ἔγραψεν ἐκεῖνος δεκατεσσάρων στροφῶν ᾄσματα, ὧν τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ αὐτοῦ μέτρου ἐποίησεν ἑπτάστροφον, τὸ δὲ ἥμισυ ἑτέρου:* idque dicit *μεταβολικῶς γεγράφθαι.* Simplex autem haec metrorum variatio tantum superabatur Stesichori epodarum venustate, ut hunc demum invenisse dicas quod ille quaereret. Saepius Alcman adhuc eodem numero decurrentia composuit carmina [16]),

---

ποιοῦντες ἔπη τούτοις μέλη περιετίθεσαν· καὶ γὰρ τὸν Τέρπανδρον, ἔφη, κιθαρῳδικῶν ποιητὴν ὄντα νόμων, κατὰ νόμον ἕκαστον τοῖς ἔπεσι τοῖς ἑαυτοῦ καὶ τοῖς Ὁμήρου μέλη περιτιθέντα, ᾄδειν ἐν τοῖς ἀγῶσιν. Sed vide an de lyricis hic Stesichori carminibus dactylico imprimis metro conscriptis sermo sit: locum enim ita explicuerim: *Non caruisse mensura illorum* epicorum poetarum *poemata* (quum canerentur, puta): *sed modos illos addidisse epicae poesi, quod et de lyricis aeque veterum μελοποιῶν carminibus constaret* (quippe qui variis dactylicis metris usi sint hexametris adhuc quam lyricae recentiorum poesi propioribus): *Terpandrum adeo, citharae modorum* epicorum *confectorem, Homeri carmina cum suis ita decantasse.* Notum est *ἔπος* vocem latiore sensu significare *στίχος, versum* (cf. Franck. Callin. pag. 77 sq. et Galenum ll. cc. sect. IX. not. 24.), sive heroico sive alio quolibet metro is efficiatur: illo autem integra certe carmina Stesichorum non composuisse persuasit nobis imprimis Dio Chrysostomus (Oratt. pag. 559. D. Morell.): *Οὕτως μὲν οὐδὲ Ἀρχίλοχον εὔποις ἂν Ὁμήρου ζηλωτήν, ὅτι μὴ τῷ αὐτῷ μέτρῳ κέχρηται εἰς ὅλην τὴν ποίησιν, ἀλλ' ἑτέροις τοπλέον· οὐδὲ Στησίχορον, ὅτι ἐκεῖνος μὲν ἔπη ἐποίει, Στησίχορος δὲ μελοποιὸς ἦν. Ναί, τοῦτό γε ἅπαντές φασιν οἱ Ἕλληνες, Στησίχορον Ὁμήρου ζηλωτὴν γενέσθαι, καὶ σφόδρα ἐοικέναι κατὰ τὴν ποίησιν.*

14) Fr. 1. 4. 10. 11. 24. 53.: cf. Welcker. pag. 13. not. 8.

15) Pag. 74. Pauw.

16) Vide Hephaest. pag. 39: *Καὶ ὅλα μὲν οὖν ᾄσματα γέγραπται Ἰωνικά, ὥσπερ Ἀλκμᾶνι κ. τ. λ.* et eundem de dactylicis tetra-

quae non magis quam heroici ejus versus [17]) strophas proprie appellatas retulerint [18]): quod tamen male de Stesichoro suspiceris.

Vetuit praeterea innata rhythmorum ratio, ne longiores strophas Alcman in illis carminibus admitteret: fatigassent facile auditores; prohibuit idem lusoria magis, et ab epica Stesichori gravitate pariter atque a Pindari lyrica remotior ejus poesis. Lusoriam enim ejus carminum indolem omnia fere fragmenta, partheniorum inprimis, prae se ferunt: nonnulli adeo tradunt invenisse eum carmen amatorium [19]). Erant praeterea eae Alcmanis strophae, quae non ex eodem versu usque repetito constabant, haud dubie ut amplitudine breviores ita compositione simpliciores Stesichoriis [20]), ne Pindaricis dicam: quamobrem non miraberis Dionysium, de stropharum diversitate judicium ferentem [21]), praeteriisse Alcmanem; probarique potius, quae nos indicabamus, credes illius verbis: *Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι μελοποιοί, λέγω δὲ Ἀλκαῖόν τε καὶ Σαπφώ, μικρὰς ἐποιοῦντο στροφάς, ὥστε ἐν ὀλίγοις κώλοις οὐ πολλὰς*

---

metris pag. 22: *Ἀλκμὰν δὲ καὶ ὅλας στροφὰς τούτῳ τῷ μέτρῳ κατεμέτρησε.* Jonicos versus fr. 11, dactylicos fr. 4. 23. 25. Welck. exhibent.

17) Exstant ejus exempla fr. 12. 13. 30. 37. 47. Welck.

18) Crede potius in strophicis ejus carminibus integros illos versus post certa intervalla brevioribus clausulis disjunctos fuisse ita, ut speciem fere referrent *συστημάτων ἐξ ὁμοίων* apud dramatum poetas obviorum.

19) Suid. vit. Alcm. Archytas Milesius ap. Athen. XIII. pag. 600. F. Cf. Welcker. Alcm. pag. 8. not. 7.

20) Quibus de causis Alcman, nisi parthenia, prosodia, paeanes scripsisset (cf. Plut. de mus. XVII.) Doriensium lingua, Sappho vero, Alcaeus, ceterique Aeolenses vehementioribus animi motibus, ut amori, vino, tyrannorum odio in carminibus indulsissent, hisce ex temporis non magis ratione quam propter ipsam carminum naturam similior esset habendus quam Stesichoro et reliquis Doriensium lyricis.

21) De compos. verbor. T. II. pag. 19. Sylb.

εἰσῆγον τὰς μεταβολάς, ἐπῳδοῖς τε πάνυ ἐχρῶντο ὀλίγοις· οἱ δὲ περὶ Στησίχορον τε καὶ Πίνδαρον, μείζους ἐργασάμενοι τὰς περιόδους, εἰς πολλὰ μέτρα καὶ κῶλα διένειμαν αὐτάς, οὐκ ἄλλου τινὸς ἢ τῆς μεταβολῆς ἕρωτι. Et videtur adeo ad excolendam Aeolensium lyricen contribuisse aliquid ille amatorii generis inventor.

Jam ergo, ut ad chorum redeamus, perpensa rhythmicarum et strophicarum rerum illa diversitate, perpensoque nexu earum arctissimo cum choricis saltationibus cumque saltantium numero et distributione, liquet jure meritoque Stesichorum propter novam chori institutionem, quam posteri Dorienses lyrici aeque omnes servarunt, novum illud nomen obtinuisse.

Satis denique notum est, poetas quondam eosdem musicos fuisse: veri ergo simile est duumviros illos, primos Doricae lyricae cultores novorumque chororum institutores, musicae quoque artis, quippe quae tam arcte cum cantu et saltatione cohaereret, insignem partem novasse. Atque distincte id Plutarchus firmat, de rhythmopoeia loquens [22]): *Ἔστι δὲ καὶ Ἀλκμανικὴ καινοτομία καὶ Στησιχόρειος, καὶ αὗται οὐκ ἀφεστῶσαι τοῦ καλοῦ*: de musices enim, non versuum rhythmis verba sunt intelligenda [23]).

---

[22]) De mus. XII.

[23]) De ipsis verbis Plutarchum intellexisse videtur Welckerus Alcm. pag. 13. not. 8. Sed dixerat antea ille, Terpandri *καινοτομίαν* venustum quendam modum in musicam invexisse: quem tamen ab heroico versu carminibus non recessisse testatus erat ejusdem libri cap. III: *Καὶ γὰρ τὸν Τέρπανδρον, ἔφη, κιθαρῳδικῶν ποιητὴν ὄντα νόμων, κατὰ νόμον ἕκαστον τοῖς ἔπεσι τοῖς ἑαυτοῦ καὶ τοῖς Ὁμήρου μέλη περιτιθέντα, ᾄδειν ἐν τοῖς ἄγωσι.* Cap. IV: *Πεποίηται δὲ τῷ Τερπάνδρῳ καὶ προοίμια κιθαρῳδικὰ ἐν ἔπεσιν.* Cap. V: *Ἐζηλωκέναι δὲ τὸν Τέρπανδρον Ὁμήρου μὲν τὰ ἔπη, Ὀρφέως δὲ τὰ μέλη.* Addas Suidam in Alcmanis vita diserte tradentem, primum Alcmanem *τὸ μὴ ἑξαμέτροις μελῳδεῖν* induxisse: quamquam aliis de causis Welckerus Alcm.

XI.

Verbo tetigimus Stesichori rhythmos et rhythmicae compositionis post Alcmanem progressus. Altioris quidem ea res est indaginis, pendetque partim ab accuratissima fragmentorum crisi et grammatica et metrica, quarum neutri satisfacias nisi ceterorum simul lyricorum reliquiis diligenter excussis: neque sic fortasse certus tibi videberis illarum rerum judex esse. Qua de causa, si cui minus forte placuerint quae revocavimus fragmentorum metra, excusati voluimus abire. Liceat nunc eorum conspectum exhibere ita instructum, ut etiam incertius quodvis suo loco reponamus, sed uncis inclusum, addamusque varia grammaticorum testimonia de metris Stesichorio nomine honoratis. Nullus poeta, videbis, pluribus nomen imposuit: unde simul quanta fuerit apud veteres fama illius honorque in rhythmicis rebus liquet, quamque bene de hac quoque suae artis disciplina meruerit.

Metra singulos ad rhythmos digesta haec sunt.

Trochaei.

[*Monometer s. Dipodia*, ⏑ *v* – *v̄*, bis fortasse occurrit fr. 68. 74.]

[*Tripodia*, ⏑ *v* – *v* – *v̄*, fort. fr. 14.]

[*Dimeter acatalectus*, ⏑ *v* – – ⏑ *v* – *v̲*. Graves sunt dipodiae, brevem syllabam in ultima tantummodo sede admittentes. Schol. metr. in Pindarum semel [1]) hunc ver-

---

pag. 11. not. 9. huic rei fidem non male derogavit. Pergit tum Plutarchus de novarum rerum in rhythmopoeia molitione Crexum vituperans, Timotheum et Philoxenum, notos utique musices depravatores: Pindari vero aliorumque lyricorum, summa licet cum licentia ii post Stesichorum versati essent in componendis versuum rhythmis, ne verbo quidem meminit. Denique, ne dubitare possis sermonem esse de musica, haec addit: *τὴν γὰρ ὀλιγοχορδίαν καὶ τὴν ἁπλότητα καὶ σεμνότητα τῆς μουσικῆς παντελῶς ἀρχαϊκὴν εἶναι συμβέβηκεν.*

XI. [1]) Ad Isthm. I. epod. vs. 11.

sum Stesichorium appellat, constanter vero ceteris locis dimetrum trochaicum. Nec minus ambiguum est Euripidis scholiastae [2]) testimonium: *τὸ λβ' τροχαϊκὸν δίμετρον ἀκατάληκτον, ἴαμβον ἔχων τὸν δ' πόδα* (est ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ –)· *ἔοικε δὲ εἶναι καὶ τοῦτο Στησιχόρειον, σὺν τῷ Πινδαρικῷ ἔθει* [3]). Servius adeo Alcmanicum versum appellat dimetrum acatalectum [4]), Marius Victorinus angelicum metrum [5]): qui tamen falsus est procul dubio [6]).]

[*Trimeter catalecticus*, ⏑ ⏑ – ⏑̄ ⏑ ⏑ – ⏑̄ ⏑ ⏑ ⏑̲, fortasse occurrit fr. 80.]

Trimeter acatalectus, ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑̲. Graves sunt dipodiae. Versus Stesichorius saepius appellatur a Pindari scholiasta [7]); idemque grammaticus alio loco [8]) notat de versu cujus schema est ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑̲: *Στησιχόρειον τῷ Πινδαρικῷ ἰδιώματι· ὁ γὰρ τελευταῖος ἀντὶ τροχαίου ἴαμβον ἔχει.*

[*Trimeter hypercatalectus*, ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –. Euripidis scholiasta [9]): *Τὸ ϛ' τροχαϊκὸν τρίμετρον ὑπερκατάληκτον, Στησιχόρειον*: quale metrum equidem non agnosco [10])].

---

2) Ad Phoeniss. 301.

3) Choriambum enim subjungere solebat Pindarus trochaicis: vide nos de trimetro acatalecto. Respicit grammaticus ad praecedens quoddam scholium, laudatum not. 9 ad trimetrum hypercatalectum.

4) Centimetr. pag. 1819 Putsch.

5) Pag. 2531 Putsch.

6) Cf. nos infra de hexametro dactylico catalect. in syllabam.

7) Ad Ol. III. stroph. 9. epod. 9. VI epod. 14. VII epod. 13. XII epod. 9. Pyth. XII str. 14. Nem. VIII str. 3. Isthm. II str. 8.

8) Ad Ol. VI ep. 3. XII str. 5 epod. 8.

9) Ad Phoeniss. 166.

10) Euripidea metra rectius jam Seidlerus distribuit in libro de vers. dochmiac. pag. 244. Versus si occurrebat apud Ste-

Dactyli.

[*Dimeter catalecticus in bisyllabum*, ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑̄, versus Adonius, fortasse fr. 14. 44; cum basi spondiaca fr. 74.]

Trimeter catalect. in syllabam, ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑̲, semel fortasse adhibitus est fr, 75; bini ad elegiacum pentametrum conjuncti fr, 43, fortasse etiam fr. 39.

Trimeter catalect. in bisyll., ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑̄, quinquies legitur repetitus fr. 46, bis fortasse terve fr. 24. 39. 44. 68. 74.

[*Tetrameter catalect. in syll.*, ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑̲, praecedente anacrusi fortasse occurrit fr. 10 vs. 5.]

[*Pentameter catalect. in syll.*, ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑̲, fortasse fr. 10. 68 (bis); cum basi trochaica fr. 74 (bis).]

Pentameter catalect. in bisyll., ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑̲. De eo Servius [11]): „Stesichorium metrum constat pen„tametro acatalecto, ut est hoc:

„Marsya, cede domi tua carmina Phoebo."

Docet exemplum, catalecticum versum intelligendum esse. Legitur ejusmodi versus fr. 10 vs. 1 cum basi trochaica, et saepius fortasse ibidem; incertiora sunt exempla fr. 24. 45. 74.

Hexameter catalect. in syll., ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑̲. Diomedes [12]): „Angelicum metrum, celeritate nuntiis ap„tum, Stesichorus invenit. Unam enim ultimam syllabam „detraxit hexametro, et fecit tale:

„Optima Calliope miranda poematibus."

Invenerit quidem vero versum Stesichorus: angelici metri nomen a dramate desumtum esse videtur. Firmat id

---

sichorum, ita erat disjungendus ut tetrapodia fieret cum tripodiae catalecticae clausula: – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ –. Sed videtur poeta noster graviores epitritos praetulisse.

11) Centimetr. pag. 1820 P.

12) Lib. III. pag. 523 Putsch.

Plotius [13]): „Choerileum metrum, quod et Delphicum et „angelicum nuncupatur, constat penthemimerica caesura, „et syllaba, et altera penthemimerica: unde est hexame„trum catalecticum, una enim syllaba deest ut sint in eo „pedes sex. Exemplo sit versus:

„*Ἡνίκα μὲν βασιλεὺς ἦν Χοίριλος ἐν Σατύροις.*"

Necessaria igitur fuerit apud Stesichorum prior illa caesura, et tertia sede spondeus: non aeque autem, si fides Diomedis exemplo, diaeresis post illum spondeum, Choerilus licet constanter eam usurpaverit. Videntur autem spondei, ne celeritati obessent, praeter tertium illum locum non admissi esse [14]). Incertum metri exemplum legitur fr. 10 vs. 3; dactylum adeo tertio loco exhibet, nisi *πρὸς* ibi pro *ποτὶ* reponere malis.

[*Hexameter catalect. in bisyll.*, ⏑̲ v v - v v - v v - v v - v v - v̲.
Unicum epici versus vestigium exstat fr. 24.]

Heptameter catal. in bisyll., ⏑̲ v v - v v - v v - v v ⏑̲ v v - v v - v̲.
Servius [15]): „Stesichorium constat heptametro acatalecto, „ut est hoc:

„Aeacides juvenis trahit Hectora: plangite Pergama Troes."

Quod legebatur *catalecto* recte mutavit Blomfieldius [16]), nisi quod et ipse vitiosum versus nomen probavit: pugnat autem cum dicto exemplum catalecticum: probat Marius Victorinus [17]): „Heptametrum catalecticum, Stesichorium." Agnosces hoc metrum fr. 5. 43, fortasse etiam fr. 7. 46. 97 (bis).

Octometer catalecticus in bisyllabum, cujus est schema: ⏑̲ v v - v v - v v - v̄ v̄ || ⏑̲ v v - v v - v v - v̄. Longiorem hunc versum poeta ita videtur admisisse, ut acatalectum tetra-

---

13) De metris pag. 2633 Putsch.
14) Cf. Boeckh. de metr. Pind. pag. 118. Naekium Choeril. fin.
15) Centimetr. pag. 1821 P.
16) In Collect. fragm. Stesich. ad fr. III, 2.
17) Pag. 2519 P.

metrum in integram vocem exeuntem alter tetrameter exciperet. Vide an hos versus Aristides Quintilianus [18]) indicet verbis: *Τοῦ δὲ γενικοῦ δακτυλικοῦ πεποιήκασιν οἱ μὲν ταῦτα εἴδη· δίμετρον, τρίμετρον, τετράμετρον, πεντάμετρον· παραβαίνουσι δέ τινες αὐτό, καὶ κατὰ συζυγίαν ποιοῦντες τετράμετρα καταληκτικά.* Exempla hujus metri exstant fr. 2. 1. Incertius aliud quoddam legitur fr. 39, sed integer est uterque tetrameter: ut hoc potius sub titulo collocandi fuissent.

Dactyli logaoedici.

Logaoedicus simplex dupliciter trochaicus catalecticus, ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑, choriambus cum iambo. Occurrit fr. 10 (bis), forsitan etiam fr. 74.

Logaoed. tripl. duplic. troch. acat. cum anacrusi, ⏑̄ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑̄, quem Archebuleum versum appellant. De eo Atilius Fortunatianus [19]): „Accepit nomen „versus, non quod Archebuleus eum invenerit: nam Ste„sichorus antiquior illo poeta, Ibycus et Pindarus et Si„monides usi sunt eo, sed passim et promiscue."

Dactylicum rhythmum incerto metro ostendunt fragmenta 3. 47. 66. 67. 71. 72. 77. 78. 79. 83. 97.

Anapaesti.

[*Dimeter acatalectus*, ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ –, bis fortasse legitur fr. 10; cum catalectica clausula unus fr. 44.]

---

[18]) Pag. 52. Discrepamus in hac re ab Hermanno, in Elem. doctr. metr. pag. 330 ad l. c. Quintiliani, „quae hic *τετρά„μετρα κατὰ συζυγίαν* vocet, videri ex quater binis pedibus „composita intelligi debere." Nonne enim *μονόμετρα* potius haec essent quaternis vicibus *κατὰ συζυγίαν* conjuncta?

[19]) Apud Putsch. in Gramm. Lat. auct. p. 2673.

Trimeter acatalectus, *vv⊥vv – vv⊥vv – vv⊥vv –*, de quo Servius [20]): „Stesichorium est illud inter ana-„paestica, quod constat trimetro acatalecto, ut:

„Latet in thalamo tibi virgo decens Veneris specie."

Metri vestigium habes fr. 7. 10.

Choriambi.

[*Monometer*, *⊥vv –*, dactylus fortasse praecedit fr. 39.]

Trimeter, cum anacrusi et catalexi, *vv⊥vv–⊥vv–⊥vv-v–*, bis exstat fr. 55. Vulgarem ejusmodi metrorum usum apud lyricos fuisse Hermannus docet [21]) Sapphonis, Alcaei, aliorum exemplis.

XII.

Dorica dialecto poetam scripsisse et Suidas tradit et ex fragmentis liquet: atque sponte adeo id crederemus, quum in poesis ratione ille Alcmanem secutus sit, qui Doriensium linguam antea lyricis carminibus accommodaverat [1]), vel quum certum sit illa dialecto Siculos magna ex parte usos fuisse propter urbium originem, quod de Himera diserte traditur [2]).

Sed difficillimae sunt de dialectis disquisitiones, quippe cujus rei tam multa adhuc sub judice haereant: aetatem vero non tulerunt veterum de iis lucubrationes. „Neque

---

20) Centimetr. pag. 1822 P.

21) Elem. doctr. metr. pag. 436 sqq.

XII. 1) Cf. F. Schlegel in Hist. Graec. et Rom. poes. T. I. pag. 234. Welcker. Alcm. pag. 11 not. 9.

2) Thucyd. VI, 5. *Καὶ Ἱμέρα ἀπὸ Ζάγκλης ᾠκίσθη· καὶ Χαλκιδεῖς μὲν οἱ πλεῖστοι ἦλθον εἰς τὴν ἀποικίαν· ξυνῴκησαν δὲ αὐτοῖς καὶ ἐκ Συρακουσῶν φυγάδες, στάσει νικηθέντες. καὶ φωνὴ μὲν μεταξὺ τῆς τε Χαλκιδέων καὶ Δωρίδος ἐκράθη· νόμιμα δὲ τὰ Χαλκιδικὰ ἐκράτησαν.*

„enim," ut verbis utar Viri in hac quoque provincia praeclarissimi [3]), „haec res collectione diversarum formarum „confici potest, ut quidam opinati sunt, sed et lectio in „singulis locis ad criticas regulas expendenda est, et tem„pora scribendique genera diligenter sunt discernenda. „Quod quam magnum sit, quamque difficile, in tanta non „solum copia sed etiam corruptione veterum scriptorum, „sponte intelligitur." Et difficilius etiam est, quum non multa et integra opera, sed pauca tantum fragmenta in discrimen veniunt, ut discrepantibus inter se ipsis libris, quid reponendum sit, quid rejiciendum, saepissime dubitationi relinquatur obnoxium. Qua de causa hic nobis sufficiat generatim monere, testimonium illud de Himerensium dialecto in Stesichorum cum maxime videri quadrare. Licet enim tam multas certasque Doriensium formas apud eum invenias, ut jure dicas nomen Suidam a potiori parte dialecto tribuisse, attamen non modo ab Alcmanis Laconismo recedit quem veteres notarunt et fragmenta ipsa ostendunt [4]), sed et Homeri ut rebus et dictione [5]) ita dialecto paullo similior fuisse videtur quam ceteri recentioris aevi lyrici Dorienses.

Esset hic denique locus de Siculo linguae idiomate sermonem instituere, si modo plura de eo innotuissent. In vocabulorum enim usu quoque passim id fuisse adhibitum, et etiamnum in fragmentis latere facile concedas vel ad Athenaei solummodo de Aeschylo notam [6]) respiciens: nec adeo is, ut Noster, Siculus fuit. Nondum vero excussis in hunc finem veterum scriptorum reliquiis,

---

[3]) Hermanni in diss. de dialect. Pind. init.

[4]) Cf. quos laudat Welcker. Alcm. pag. 13 sq. not. 10.

[5]) Cf. testes allatos Sect. IX not. 13 sqq.

[6]) Athen. IX pag 402. C. *Ὅτι δὲ Αἰσχύλος διατρίψας ἐν Σικελίᾳ πολλάκις κέχρηται φωναῖς Σικελικαῖς, οὐδὲν θαυμαστόν.*

satius duximus ea, quae passim de idiomate illo suspica bamur, ipsis fragmentis addere.

Legimus apud Suidam carmina Stesichori collect fuisse et viginti sex libris comprehensa: jamque quis i fecerit quove tempore quaeras. Notum quidem est eas dem curas Pindari certe carminibus Aristophanis Byzan tii demum aevo impensas esse [7]): neque credibile di ante Stesichoriis idem contigisse. Constat tamen *Chamae leontem*, Heracleensem peripateticum, Theophrasti fer aevo [8]) singularem de poeta nostro librum edidisse [9]). Scripsit ille vir de omnibus fere lyricis poetis nec no de dramaticis [10]): coluitque eas res communiter cum ips *Aristotele* cumque multis hujus discipulis. E quibus dig nus est qui hic nominetur propter operam Stesichoriis re bus navatam praeter ipsum doctrinae antistitem sum mum *Philochorus* Atheniensis, qui etiam de Alcman librum edidit [11]): aetatem certe tulit vestigium disquisi tionis ejus de Hesiodi cum Nostro cognatione [12]); tur *Eratosthenes*, quippe qui critica tulerit de carminibus ju dicia [13]).

---

7) Cf. Boeckh. in Praefat. schol. Pind. pag. X.

8) Vide Boeckh. l. c. pag. IX.

9) Testatur Athen. XIV. pag. 620. C. *Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ Στησιχόρου καὶ μελῳδηθῆναί φησιν οὐ μόνον τὰ Ὁμήρου ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου.*

10) Vide Schweigh. indic. auctt. in Athen. s. h. v. Boeckh. l. c not. 8.

11) V. Suid. vit. Alcm.

12) Vide Diss. sect. IV. not. 9; de Aristotele adde sect. VI not. 10.

13) Vide fr. XCVII, 1, *β. γ.*

Carminum Stesichori reliquias inter recentiores colgit:

Michael Neander in Lyricorum sententiis, ad calcem Aristologiae Pindaricae. Basileae 1556. 8. pag. 421 sqq.

Henr. Stephanus in Pindari et ceterorum octo lyricorum carminibus. Paris. 1560. 8. min. pag. 76 et 443 sqq. Multo autem utroque accuratius:

Fulv. Ursinus in Novem illustrium feminarum et lyricorum carminibus. Antverp. 1568. 8. min. pag. 78 sqq. 305 sqq.

Jo. Andr. Suchfortius: Fragmenta Stesichori lyrici in unum collecta, certo ordine digesta et interpretatione illustrata. Gottingae 1771. 4. Fragmenta omissis titulis laudata hac collectione non continentur.

Harlesius in Epimetro ad *Fabricii* Bibl. Graec. Tom. II. titulorum carminum syllogen exhibuit Suchfortiana locupletiorem.

Blomfieldius nuper fragmenta edidit, certae sedis fragmentis ab incertis disjunctis (XIV, quae antea omittebantur, additis [14])) in Mus. crit. Cantabrig. a. 1816. fasc. VI. Denuo excudi curavit Lipsiensis Gaisfordii Poetarum Graecorum minorum editor.

De vita, poesi et scriptis poetae disquisitiones instituere editores omisere: unus *Harlesius* l. c., ut Lil. Gyraldi [15]), Mongitorii [16]) aliorumque [17]) nugas parum

---

[14]) Ex indice laudatorum scriptorum id consummavimus.

[15]) In poetarum historiae dialogo VI.

[16]) In Bibliothec. Sicul. T. II. pag. 241 sqq.

[17]) Viros dico istos, quos literatorum nomine vulgo significant, sive in libris quos nunquam inspexerint laudandis multum versati sint, sive ad probandum incredibile quodvis nugatorum somnium usque parati. Singulos autem digna reprehensione in notis passim cumulatos invenies.

fructuosas praeteream, multa, sed molem indigestam, congessit operosa diligentia. *Miri* cujusdam commentationem, De Stesichoro poeta Graeco lyrico, cujus mentionem fecit Suchfortius in fine libelli sui tamquam eodem fere tempore palam datae, adhibere nobis non licuit.

PARS ALTERA.

STESICHORI FRAGMENTA.

A.

Mythica carmina.

Judicia illa et testimonia de Homeri et Stesichori similitudine quae in antecedentibus [1]) collegimus ut conferas cum ipsis hujus reliquiis, sponte credes magnam partem ea lata esse de illis Stesichoriis odis, quibus lyricus — *μελοποιός* — data potius temporis vel loci opportunitate, ex veterum rhapsodorum more [2]), festis diebus vel in publicis ludis vel intra privatos denique parietes, rerum a diis heroibusque gestarum laude, lyra adsonante, audientes oblectaverit, quam ad proprios certosque deorum cultus in templis celebrandos quae choro adjuvante a veteribus poetis docebantur [3]). Comprehendas vero ea carmina *mythicorum* nomine, promiscue licet a Graecis incerti generis titulis *ᾠδαί, ᾄσματα, ποιήματα, ὕμνοι, προοίμια* passim appellata sint. In illis enim componendis epicos poetas cummaxime imitatus est et mythorum ubertate et carminum longitudine [4]), et fortasse etiam rhythmorum sim-

---

A. [1]) Sect. IX. not. 13 sqq.

[2]) Cf. Diss. sect. IX. not. 26. 25. Eodem et Chamaeleontis illa nota de cantatis Homeri, Hesiodi et Archilochi carminibus (laud. Diss. sect. XII. not. 9.) facere nobis videtur: nam idem haud dubie de Stesichoro ille contendebat.

[3]) Prosodia dico, Parthenia et similia illorum genera.

[4]) Pluribus adeo libris quaedam divisa fuisse videntur: de *Orestia* id diserte firmatur (fr. XXXVIII, 1), *Νόστων* ipse titulus probat: cf. etiam de *Helenae encomio* ad fr. LI. et de Geryonidis tituli cum sequentibus nexu quae in fronte fr. V. adnotavimus.

plicitate, sunt enim soli fere dactylici: cujus quidem generis integra exempla aetatem non tulerunt neque aliorum nec Stesichoria: ut liceat ad Pindarum lectores delegare, quippe qui oda Pythia quarta proxime videatur illam veteris magistri rationem secutus esse.

Ἄθλα.

I.

1. *Suidas* V. *Κύλλαρος· ἵππος Κάστορος, παρὰ τὸ κέλλειν· ὁ ταχύς. Στησίχορός* [a]) *φησι, τὸν μὲν* [b]) *Ἑρμῆν δεδωκέναι τοῖς Διοσκούροις Φλόγεον καὶ Ἅρπαγον, ὠκέα τέκνα Ποδάργας* [c]), *Ἥραν δὲ Ξάνθον* [d]) *καὶ Κύλλαρον.*

2. *Etymol. Magn.* h. v. et

3. *Etymol. Gud.* V. *Κυλλαρίς* eadem fere exhibent.

[a]) Etym. Gud. *Στησίχορος ἐν τοῖς ἐπιπελίοις ἄθλοις.* Sturz. *ἐπὶ Πελίᾳ* bene corrigit [1]): ne tamen fronti carminis eas voces adderemus Athenaeus vetuit, binis locis *Ἄθλων* simpliciter versus laudans.

[b]) Addidi *μὲν* ex Etym. Magn. et Gud.

[c]) *Ποδάργης* Etym. Magn. et Gud.

[d]) Verba *Ἥραν δὲ Ξάνθον* apud Suidam desiderantur; Etym. Magn. corrupte *Ἥραν δ' Ἐξάλιθον*, quorum loco satis probabilem nos reposuimus Hemsterhusii [2]) emendationem. Corruptius etiam in Etym. Gud. haec leguntur: *Ἥραν δ' ἑλιόμενος παρὰ σιδήρῳ τῶν ἐπισώτρων, ὅ ἐστι τῶν κανθῶν.* Verba utrum

---

I. [1]) Cf. Apollod. III, 9, 2. §. 4. 13, 3. § 1. Paus. V, 17, 4 (binis locis). Athen. XI. pag. 568, D. Blomfieldius si adhibere potuisset Etym. Gud., nec eximium hoc fragmentum ad incertae sedis fragmenta reposuisset, nec de rebus hocce carmine celebratis omnino incertus fuisset.

[2]) Ad Lucian. T. I. pag. 284, Sturzio laudatam ad Etym. Magn. l. c. Levissima enim mutatione littera Ν ex illis ΛΙ restituitur.

ex alio quodam auctore sint assuta dubites, an nostrum ad locum pertinuerint. Cohaeserunt fortasse haec cum antecedentibus: quamquam probabilis emendandi ratio nobis non suppetit. Liquet solummodo, voces *ὅ ἐστι τῶν κανθῶν* scholium esse ad *τῶν ἐπισώτρων*.

Ἆθλα carmen appellavimus post alios: praemia illico ab Acasto exhibita saepius celebrantur [3]); quamquam etiam *Ἆθλοι* aequo jure possis defendere [4]). — De argumento ad fr. III. contra Suchfortii nugas quaedam vide monita. Noti sunt de certaminibus illis Pausanias in descriptione Cypseli arcae [3]), et Hyginus [5]): qui tamen Pollucem cestu, stadio Castorem tradit vicisse. Utrique contra noster quadrigarum primas videtur tribuisse, quas et Hyginus et Pausanias Jolao Herculis puero adscripserunt. Celeritatis palmam Castori etiam Jon tragicus [3]) vindicat.

Filios habuit *Podarge* Harpyia [6]) ex Homerico mytho (Il. XVI, 148 sqq. XIX, 400.) *Xanthum* et Balium immortales Achillis equos, quos Pelides a patre acceperat, et nuptiali dono Peleus a Neptuno [7]). Quam vario modo veteres finxerint illorum equorum origines, ex parte Vossius docuit [6]). Nonnus Dionys. XXXVII, 155. ex Aquilone et Aellopode Harpyia procreatos appellat *Xanthum*

---

[3]) Schol. Apollon. Rhod. I, 1304. *Διαφορὰν ἔσχον (οἱ Βορέου παῖδες) πρὸς Ἡρακλέα περὶ τῶν δεδομένων δώρων τοῖς ἀριστεῦσιν ὑπὸ Ἰάσονος.* Paus. V, 17, 4. in descriptione Cypseli arcae: *κεῖνται δὲ καὶ τρίποδες, ἆθλα δὴ τοῖς νικῶσι.* Jon tragicus Agamemnone, ap. Athen. XI. p. 468, C.

Οἴσει δὲ δῶρον ἄξιον δραμήματος,
Ἔκπωμα δακτυλωτὸν ὄχραντον πυρί,
Πελίου μέγ' ἆθλον, Κάστορος δ' ἔργον ποδῶν.

[4]) Apoll. Rhod. I, 1304. de interfectis ab Hercule Boreadis: *Ἆθλων γὰρ Πελίαο δεδουπότος ἄψ ὀνιόντας Πέφνε κ. τ. λ.*

[5]) Fab. CCLXXII. pag 380 sq. Stavern.

[6]) Cf. Voss. epist. mythologg. T. I. pag. 198 sqq.

[7]) V. Hom. Il. XIX, 399 Apollodor. III, 13, 5. § 5.

et *Podargam:* Quintus Smyrn. VIII, 242. Aquilonis et Erinnyos cujusdam filios quadrijuges Martis equos, inter quos est *Phlogius.* Nomine huic affinis est *Phlegon* Solis, Ovid. Met. II, 154. Hygin. fab. CLXXXIII. Habuit *Xanthum* alium et *Podargam* Hector, Hom. Il. VIII, 185., Diomedes Thrax alios, humana carne eos vescentes, Hygin. fab. XXX. c. not. Stavern. — *Cyllarum* Polluci tribuit Virgilius in Georg. III, 89., Castori Ovidius Met. XII, 401.; meminit ejus et Claudianus Consol. Honor. IV, 557.

Versus Blomfieldius sic restituere conatus est:

Ἑρμείας Φλόγεον μὲν ἔδωκε καὶ Ἅρπαγον,
ὠκέα τέκνα Ποδάργας·
Ἥρα δ' Ἐξάλιθον καὶ Κύλλαρον.

Nobis praestare videtur adhibita Pindarica forma *Ἑρμᾶς* admittere tetrametros dactylicos *κατὰ συζυγίαν* junctos sive octometros eos appellare velis in bisyllabum catalecticos [8]). Prioris versus initio syllaba excidit, alterius dimidium tantum exstat.

* *Ἑρμᾶς Φλόγεον μὲν ἔδωκε καὶ*
Ἅρπαγον, ὠκέα τέκνα Ποδάργας,
Ἥρα δὲ Ξάνθον καὶ Κύλλαρον.

⏑ ⏑̄ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑
⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑̄
⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑

II.

Athen. IV. pag. 172, D. *Πεμμάτων δὲ πρῶτόν φησι μνημονεῦσαι Πανύασιν Σέλευκος, ἐν οἷς περὶ τῆς παρ' Αἰγυπτίοις ἀνθρωποθυσίας διηγεῖται, πολλὰ μὲν ἐπιθεῖναι λέγων πέμματα, πολλὰς δὲ νοσσάδας ὄρνεις· προ-*

---

[8]) Uberius de metro egimus in dissertatione sect. XI.: idem proximum quoque huj. carm. fragmentum ostendit.

τέρου Στησιχόρου ἢ Ἰβύκου [1]) ἐν Ἄθλοις ἐπιγραφομένοις εἰρηκότος·

Φέρεσθε τῇ παρθένῳ δῶρα,
Σασαμίδας, χόνδρον τε, καὶ ἐγκρίδας,
Ἄλλα τε πέμμματα, καὶ μέλι χλωρόν.

Verba χόνδρον τε — χλωρόν *Athen.* XIV. pag. 645, E. ut Stesichoria iterum laudat, omisso Ibyco.

Vs. 1. *Ferte virgini munera,* Athenaei et Stesichori editores interpretati sunt confidenter omnes: at vero φέρεσθαι valet potius *capessere*, *sibi sumere.* Quare reponendum est φέρεσθε τὰ παρθένου s. παρθένων δῶρα. Melius etiam metro conveniret conjunctim scribere παρθενόδωρα: integros enim sic haberes dactylos. Ipsa autem verba ad Acastum vel Jasonem, ad epulas sumendas hospites heroas hortantem referas: fingebat enim poeta epico more loquentes carminum personas [2]): sive Peliades fuerint [3]) sive ancillae, quae laudata bellaria mensis hospitum afferrent [4]).

Vs. 2. Edidit Casaub. δῶρ' ἀσαμίδας, in notis vero ait: Lego cum doctis viris δῶρα σησαμίδας. Nempe *sesamidas* interpretatus erat Dalecampius. At clare jam editt. vett. cum Ms. Par. vocibus male divulsis δορὰς ἀσαμίδας dederant: quam quidem Doricam dialectum male postea editores repudiarunt. — Placentas illas omnes [5]) ad secundarum mensarum bellaria, τραγή-

---

II. [1]) Stesichoro versus vindicat ipse Athenaeus in sequentibus, quae fr. III. videas laudata.

[2]) V. Quintil. Instit. Or. X, 1, 62. laud. sect. IX. not. 17.

[3]) In Cypseli quoque monumento (Paus. V, 17, 4.) ludos spectantes illae adstabant.

[4]) Vel ex Homerico more, v. g. Odyss. IV, 55 sqq. At diserte Athen. IV. pag. 172, C. docet, pistorium opus, πέμματα, curasse mulieres δημιουργούς, dum obsoniorum curam coqui habuerint.

[5]) Σησαμίδες, Athen. ait. l. XIV. p. 646, F., ἐκ μέλιτος καὶ

ματα, pertinuisse, ex Ephippi Cydone constat ap. Athen. XIV. pag. 642, E. *Καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον — χόνδρος, μέλι, σησαμίδες κ. τ. λ.* — Versus sic ergo nos legerimus:

* * *Φέρεσθε τὰ παρθένων δῶρα,*
Σασαμίδας, χόνδρον τε, καὶ ἐγκρίδας,
ἄλλα τε πέμματα, καὶ μέλι χλωρόν.

⏑ υ]υ – υυ ⏑ υ – – υ

⏑ υυ – ῡῡ – υυ – υυ
⏑ υυ – υυ – υυ – ῡ

Dubitationem vs. 1. trochaeus cum cretico movet dactylis insertus: quamquam idem Aeschylus quoque commisit [6]), dactylicae veteris lyrices insignis ille imitator.

III.

Pergit *Athen.* IV. pag. 172, E. *Ὅτι δὲ τὸ ποίημα τοῦτο Στησιχόρου ἐστίν, ἱκανώτατος μάρτυς Σιμωνίδης ὁ ποιητής· ὃς περὶ τοῦ Μελεάγρου τὸν λόγον ποιούμενός φησιν·*

Ὃς δουρὶ πάντας νίκασε νεούς,
διναέντα βαλὼν
Ἄναυρον ὑπὲρ πολυβότρυος ἐξ Ἰωλκοῦ·
οὕτω γὰρ Ὅμηρος ἠδὲ Στασίχορος
ἄεισε λαοῖς.

Ὁ γὰρ Στησίχορος οὕτως εἴρηκεν ἐν τῷ προκειμένῳ ᾄσματι, τοῖς Ἀθλοις·

σησάμων (v. Schneid. lex. gr. v. σησάμη) πεφρυγμένων καὶ ἐλαίου σφαιροειδῆ πέμματα. Etym. M. v. πυραμίς· — σησαμίς· ἡ ἐκ σησάμων καὶ μέλιτος. Χόνδρος h. l. ex farris, ζέας, alica facta esse videtur placenta s. panis, quem χονδρίτην ἄρτον credas appellasse Athen. III. p. 109, C. Multus est Schneider. s. v., sed minus planus. Ἐγκρίδες sec. Athen. XIV, pag. 645. E. et Hesych. s. v., πεμμάτιον ἑψόμενον ἐν ἐλαίῳ, καὶ μετὰ τοῦτο μελιτούμενον.

[6]) Hermanno probante, Elemm. d. metr. p. 330. et Passovio Melet. crit. in Aesch. Pers. (a. 1818.) pag. 39.

Θρώσκων μὲν γὰρ Ἀμφιάραος, ἄκοντι δὲ
νίκασεν Μελέαγρος.
× ⏑ – × ⏑ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑
× – – ⏑⏑ – ⏑

Versus sunt dactylici cum basi. Illius *γὰρ* loco velim *ἄρ'* legeretur, ut simplicius etiam prodeat metrum; nec satis apta est victoriarum enarrationi causalis conjunctio.

Jam quod ad carminis argumentum attinet, hoc fragmento Simonideoque egregie firmatur argumenti illud ex Etym. Gud. fr. I, 6. allatum additamentum: Suchfortiumque jam Simonides docere poterat, non esse sermonem h. l. de primis Nemeis ludis. Quid enim in Athenaei rem de *Ἄθλων* auctore esset probatum, nisi eodem carmine Meleager quoque ut victor certaminis Jolci ad Anaurum instituti celebratus erat? — Amphiaraum complures inter Argonautas retulerunt [1]), currus tamen alibi, non pedum velocitate insignem [2]). Dissentiunt mythographi de illa cursus victoria: Pausanias V, 17, 4. Iphiclo, Semus ap. Schol. Apollon. Rhod. I, 1304. Boreadis eam tribuit. Semum de illis Hyginus fab. CCLXXIII. secutus est, de Meleagro [3]) Stesichorum: „His ludis vicerunt — Meleager Oenei filius jaculo."

IV.

Schol. Apollon Rhod. I, 230. *Ὁ Μινύας πολλὰς εἶχε θυγατέρας· καὶ γὰρ ὁ Ἰάσων Ἀλκιμέδης ἐστὶ τῆς Κλυμένης* (Cod. Par. *Περικλυμένης*) *τῆς Μινύου θυγάτρος· Στησίχορος Ἐτεοκλυμένης φησίν κ. τ. λ.*

De insigni varietate nominum matris Jasonis vide Heynium ad Apollod. I, 8, 16.

III. [1]) Cf. Apollod. I, 9, 16. §. 8. Hygin. fab. XIV.

[2]) Cf. v. g. Apollod. III, 6, 4. §. 5. Paus. I, 34, 2. II, 23, 2. V, 17, 4. X, 10, 2.

[3]) Telorum jaculator erat celeberrimus: cf. Hom. Il. XI, 539 sqq. Oppian. Cyneget. II, 22 sqq.

Γηρυονίς †).

Fabularum in Herculem confectarum seriem ad Apollodori rationem instruximus, de poetae ordine, si integram Heracleidem confecerit, incerti: ejusmodi enim operis suspicio ultro nos subiit ex singulorum carminum titulis, quippe quos singulis illius libris credas inscriptos fuisse ††).

V.

Strab. III. pag. 148, C. *Ἐοίκασι δὲ οἱ παλαιοὶ καλεῖν τὸν Βαῖτιν Ταρτησσόν, τὰ δὲ Γάδειρα καὶ τὰς πρὸς αὐτὴν νήσους, Ἐρυθείαν· διόπερ οὕτως εἰπεῖν ὑπολαμβάνουσι Στησίχορον περὶ τοῦ Γηρυόνος βουκόλου* [a]). *Διότι γεννηθεὶς* [b]) *σχεδὸν ἀντιπέραν κλεινᾶς Ἐρυθείας, Ταρτησσοῦ ποτάμου παρὰ παγὰς ἀπείρονας ἀργυροῤῥίζους, ἐν κευθμώνων πέτραις* [c]).

[a]) Legebatur *βουκολίου*. Quid autem hic de armentorum nativitate? Auctum potius vides Hesiodeum mythum, Theog. 287 sq. (cf. 979 sqq.):

---

†) Sic nomen scriptum est ap. Schol. Ap. Rhod. (v. fr. IX.) in utroque cod. ms.; Pausanias (v. fr. VIII.) corrupte exhibet *ἐν Γηρυόνῃ Διί:* unde post Heringam (Obss. critt. pag. 20.) monuit Blomfieldius (fr. coll. III. init.), cum Hesiodo (Theog. 287. 309.) dixisse Stesichorum *Γηρυονεὺς* — *νῆος*, et *Γηρυονηΐς* ergo scribendum esse. Non quidem constat nobis de nomine bubulci apud nostrum adhibito: appellavit eum Strabo *Γηρυών*, *Γηρυόνης* alii. Audi Eustath. ad Dionys. Perieg. 561. *Γηρυόνος· πλούσιος δὲ ὁ Γηρυόνης, ὥσπερ κατὰ τὰς βόας οὕτω καὶ κατὰ τὸ ὄνομα. λέγεται δὲ καὶ Γηρυὼν καὶ Γηρυόνης καὶ Γηρυνεύς.* Cf. Schol. Hesiod. pag. 310, A. Fac vero *Γηρυονεὺς* adeo nostrum dixisse, non inde sequitur *Γηρυονηΐδα* carmen appellatum fuisse. Nonne enim *Φορωνὶς* quoque occurrit vox a *Φορωνεὺς* derivata?

††) Videtur Muellero in recensu scriptorum Herculis rerum (Dorer. T. II. pag. 474.) unice *Geryonis* innotuisse, non *Cerberus*, non *Cycnus*. Breviorem aliam illiusmodi syllogen Heynius dederat ad Apollod. II, 4, 8.

Χρυσάωρ δ' ἔτεκε τρικάρηνον Γηρυονῆα,
μιχθεὶς Καλλιρόῃ κούρῃ κλυτοῦ Ὠκεανοῖο.

[b]) Sic tres libri: alii *γεννηθείη*. Difficile quidem est Strabonis verba a Stesichoriis discernere: at vero illud *διότι* dactylicis insequentium rhythmis nimis adversatur, nec praeterea apud alios quam serioris aevi scriptores simplicis *ὅτι* particulae vim suscipit: quapropter legendum esse videtur *διότι γεννηθείη*, ut Strabonis verba sint. Audacius etiam Blomfield. voluit *ὅτι γεννήθη*. Jam vero quum alter versus sit dactylicus heptameter, facile priorem quoque sic refingeres, dummodo scires an ex versu illo vox desumta sit: v. g. *ὃς μὲν ἐγεννήθη σχεδὸν κ. τ. λ.* Sed quo tandem talia!

[c]) Rhythmum aeque ac sensum laedunt verba *ἐν κευθμώνων πέτραις*. Suchfortius reposuit *ἐν κευθμῶσι πετρῶν*, Blomfieldius probat. Levius est mutare *ἐν κευθμῶνι πέτρας*: cf. Hesiod. Theog. 158. *Γαίης ἐν κευθμῶνι*. Hom. hymn. in Merc. 229. *Πέτρης εἰς κευθμῶνα βαθύσκιον*.

Sic igitur in Strabone scribendum est: — *περὶ τοῦ Γηρυόνος βουκόλου, διότι γεννηθείη*

* * * * * * *σχεδὸν ἀντιπέραν κλεινᾶς Ἐρυθείας,*
Ταρτησσοῦ ποταμοῦ παρὰ παγὰς ἀπείρονας ἀργυροῤῥίζους,
Ἐν κευθμῶνι πέτρας.

⊥ υυ – υυ –] υυ ⊥ υυ – – – υυ – –
⊥ – – υυ – υυ ⊥ υυ – υυ – υυ – –
⊥ – – υυ –

De catalecticis his heptametris cf. grammaticos in Diss. laudatos [1]).

V. [1]) Constituit versus Hermannus in Friedemanni commentatt. in Strab. pag. 638.: quem librum adhibere nobis non licuit.

Quod denique ad ipsas res traditas attinet, Apollodorus ubique fere narrat quae congruunt cum illis. Edocuit Muellerus [2]) ad expositas Pherecydis narrationes, Apollodorum magnam partem ejus carminibus usum esse: unde colligas Pherecydem diligentem Stesichori fuisse imitatorem, utrumque ab Apollodoro studiose exscriptum [3]). — De *Erythia* insula, vulgo ut h. l. cum Gadibus confusa, inter Gades et oppositum littus sita, uberius disserentem vide Heynium ad Apollodor. II, 5, 10. et Mannertum [4]). Insignis erat pascuis antiquitus uberrimis. *Tartessus* fluvius utrum sit Baetis veterum (*Guadalquivir* hodie) [5]), an Iber (nunc *Guadaleta*) disceptari potest. Pro altero est additum *ἀργυρόριζος*, argentum enim circa fontes ejus olim effodiebatur: Iberum fuisse dicas, quum oppositum hic habeat ostium Gadibus.

VI.

Schol. Hesiod. Theog. pag. 256, B. *Ἔστιν ὁ Γηρυόνης Καλλιῤῥόης τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Χρυσάορος· Στησίχορος δὲ ἓξ χεῖρας ἔχειν φησὶ καὶ ἓξ πόδας, καὶ ὑπόπτερον εἶναι.*

In rem confer Apollodorum modo laudatum. Suspicatus est Vossius (Epistt. mytholl. T. II. pag. 15.), quatuor fortasse alas poetam illi dedisse, *τετράπτιλον* enim eum nuncupare Aristophanem (Acharn. vs. 1082.). Videtur autem potius, quum triplicia cetera ei omnia tribuerit, aut alas quoque senas impertisse, aut, omisso numero, scholiastae voce *ὑπόπτερος* nude usus esse: at alterum hoc verisimilius est.

---

[2]) Loco paulo ante laudato (not. ††) pag. 467 sqq.

[3]) Cf. Apollod. II, 5, 10. §. 1 — 8. Singula Geryonidis fragmenta ad seriem ejus ordinavimus.

[4]) Tom. I. pag. 283. ed. pr. Deinceps appellabatur Erythia, Iunonis insula s. Aphrodisias, sec. Plin. hist. nat. IV, 22., *La Carraca* hodie.

[5]) Ex Strabonis sententia: cf. Mannert. l. c.

VII.

1. *Athen.* XI. pag. 499, A. *Στησίχορος δὲ τὸ παρὰ Φόλῳ τῷ Κενταύρῳ ποτήριον σκυφίον* [a]) *δέπας καλεῖ, ἐν ἴσῳ τῷ σκυφοειδές· λέγει δὲ ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους·*

* *Σκυφίον* [b]) *δὲ λαβών, δέπας ἔμμετρον ὡς τριλάγυνον* [c]) *πί'* [d]) *ἐπισχόμενος, τό ῥά οἱ παρέθηκε Φόλος* [e]) *κεράσας.*

2. *Id. ibid.* pag. 499, E. *Τὸ δὲ ἐν Γηρυονίδι Στησιχόρου* [f])· *ἔμμετρον ὡς τριλάγυνον* [g]), *τὴν τῶν τριῶν γενῶν ἀμφιβολίαν ἔχει.*

[a]) *Σκυφίον* exhibent libri mss. et edd. vett., cum Casaubono. Schweighaeuserus *σκύφειον* temere edidit, mox ceteris omnibus cum editoribus post *δέπας* interpunxit in versu, miro modo rationem suam defendens [1]).

[b]) Rursus *σκυφίον* Vulg. Schweigh. ad revocandum hexametrum in *σκύπφειον* mutavit, Casaubono obsecutus: et sic ceteri [2]). Injuria vero ubivis illos versus restituere viri docti studuerunt in edendo Stesichoro [3]): nam carminis epici gravitatem is lyra sustinuit. Duplex praeterea nos subiit suspicio. Primum enim vereor, ne

---

VII. [1]) Ait enim: „Vulgata utriusque loci lectio *σκυφίον* substantivum nomen est, diminutivum *τοῦ σκύφος:* quod quo pacto per *σκυφοειδὲς* exponi ab Athenaeo potuerit haud apparet. (?) Ferri utcunque fortasse potuerat *σκύφιον,* antepenacute scriptum: sed analogiae (cuinam?) magis consentaneum videbatur, ut *σκύφειον* scriptum oportuisse statueremus."

[2]) Praeter editores Athenaei et Stesichori omnes et Herelius, editionis Suchfortianae censor, in Ephemer. literar. Erfurt. a. 1772. n. 24. pag. 189 sq. et Heynius ad Apollodor. II, 5, 4.

[3]) Nobiscum Muellerus facit libri sui *Doriens.* T. II. pag. 474.: Man thut gewifs nicht Recht, wenn man die Fragmente in epische Hexameter zu bringen sucht, wenn es auch mitunter mit wenigen Veränderungen geht, da die dorischen Maafse der Geryonis, so wie des Encomion der Helena, vom Hexameter nur wenig abweichen.

jam ipse Athenaeus in errorem duxerit editorem. Poterat quidem σκυφίον substantivum nomen vi adjectivi alteri substantivo δέπας apponi: nec dubito quin Athenaei ea fuerit ratio, quam tamen male intellexit ejus editor. Evanescet autem omnis difficultas, si δέπας vocem ex nostra interpunctione ab antecedentibus secretam conjungas cum sequentibus, ut appositio quam dicunt haec fiant τοῦ σκυφίον: quumque eaedem voces simul diversas significent poculorum mensuras, mirum efficiunt antithesis acumen; quasi vernacule dicas:

Und das Becherlein nahm er, den Humpen drei Flaschen von Maafse.

[c]) Libri mss. et edd. vett. τριλάγυνον; sed post Ursinum Suchfort., Heyn., Blomf. l. c. [2]) ediderunt τριλάγηνον, nescio an inducti Romanorum *lagena*: at apud eosdem *lagona* quoque, *laguna*, *laguncula* occurrebant. Athenaeus praeterea per totum illud de λαγύνοις caput nostram scripturam variorum auctorum fragmentis firmat.

[d]) Uterque cod. ms. πί' ἐπισχόμενος: sed metri causa viri laudati [2]) πῖεν reposuerunt, quippe dactylos quaerebant, scilicet nescii iota illud corripi. Poterant quidem πῖνεν admittere [4]), sive ἐκπί' malis, qua simul voce antecedentium vis egregie aucta esset. Nos vero talia non ausi simus: metra carminis prorsus lyrica erant, fragmentis testibus, vix ergo fieri poterat ut heroicum versum admitterent. Versus, ut leguntur, dactyli sunt continui, quales etiam fr. X. exhibet, hexameter catalecticus in syllabam, suppleta in initio syllaba longa, alter heptameter catalecticus in syllabam. Nec tamen repugnarem si quis ultimam vocis τριλάγυνον syllabam ad priorem versum referendo, insequentem anapaesticum malit

---

[4]) Sic simili loco Apollon. Rhod. I, 472.

Ἦ, καὶ ἐπισχόμενος πλεῖον δέπας ἀμφοτέρῃσι
Πῖνε χαλίκρητον, κ. τ. λ.

revocare trimetrum, qualem versum grammatici Stesichoro vindicavere.

e) Finis versus magnopere editores [2]) vexavit, quum hexametri epici numeros respueret [5]).

f) Quae libri dabant: *τὸ δὲ ἐν Γηρυονίδῃ· λαγύνοις Στησιχόρου ἔμμετρον κ. τ. λ.*, Casaubonus emendavit ita: *τὸ δ' ἐν Γηρυονίδῃ Στησιχόρου, λαβὼν δέπας κ. τ. λ.*; rectius postea Schweigh. Jam vero Epitome: *τὸ δὲ παρὰ Στησιχόρῳ ἔμμετρον ὡς τριλάγυνον κ. τ. λ.*

g) Libri edd. ante Casaub. *τριαλάγυνον*. Schweighaeuserus bene notavit Athenaei de adjectivo hoc nomine errorem.

Probabilis denique, quod ad ipsam rem attinet, nobis esse videtur Muelleri suspicio l. c. [3]), a mytho de Solis poculo [6]) poëtam ad Pholi convivium excurrisse. Magnis autem poculis Herculem delectatum fuisse etiam aliunde constat [7]).

---

[5]) Reposuit Suchfort.

Πῖεν ἐπισχόμενος. Τό ῥά οἱ παρέθηκε Φόλος *
* *κεράσας* —

addens: „In ultima parte pro *Φόλος* alia Centauri declaratio „fuisse videtur in poëta, v. c. *παρέθηκε θεόδης Εὖ κεράσας* — alia simili ratione explenda." Cujus temeritatem bene arguens Herelius (v. not. 2.) leniorem proposuit medelam: — *παρέθηκε Φόλος φὴρ* (Homericum puta, s. *θὴρ* Sophocleum Centaurorum nomen) *Ἐγκεράσας*. Schweigh. cum Suchf. de spuria voce *Φόλος* somniat; Burneius (de Aeschyl. chor. cant. pag. 45.) probans priorem hexametrum, alterum versum heptametrum catalecticum esse putat: quem secutus Blomfield. suppleta syllaba legit *Φόλος κεράσας Φὴρ*.

[6]) Vide fr. X.

[7]) Cf. Athen. XI. pag. 469, D. *Μή ποτε δέ, ἐπεὶ μεγάλοις ἔχαιρε ποτηρίοις ὁ ἥρως, διὰ τὸ μέγεθος παίζοντες οἱ ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς πλεῖν αὐτὸν ἐν ποτηρίῳ ἐμυθολόγησαν;*

VIII.

Pausan. VIII, 3, 1. *Παλλαντίου μὲν δὴ καὶ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος ἐν Γηρυονίδι ἐποιήσατο μνήμην.*

Legebatur *Γηρυόνῃ Διί*, vitium ex itacismo haud dubie ortum [1]). Post Ursinum et Suchfortium emendavit Facius ad h. l. — Pallantii Arcadiae oppidi apud Pausaniam saepius fit mentio, tum in ipsius Stesichori vita apud Suidum occurrit. — Ad Pholi Arcadis convivium illam quam Pausanias testatur mentionem pertinuisse, Muellero [2]) facile credes.

IX.

Schol. Apollon. Rhod. I, 212. *Στησίχορος δὲ ἐν τῇ Γηρυονίδι* [a]) *καὶ νῆσόν τινα ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει Σαρπηδονίαν καλεῖσθαί* [b]) *φησι.*

[a]) Sic schol. Paris. et Ursin. *Γηριονίδι* enotavit Ruhnken.: *Γυριονίδι* apud schol. ed. typothetae vitium esse videtur.

[b]) Deest *καλεῖσθαι* in schol. ed.

Ad insulam illam appulisse Herculem verisimile est, Solis ubi cyatho per Oceanum iter faceret: quod quidem qua via sit factum non satis nobis constat: videtur vero scholiasta, Erythia quum ultra Heracleas columnas sita esset [1]), illo nomine e more sui temporis Homericum Oceanum [2]) appellasse. Sarpedonia tum occidentali Libyae orae erat opposita [3]).

VIII. [1]) Unde et illud fr. VII. not. f. notatum: plura ejusmodi exempla dabit Canteri syntagma crit. cap. I. pag. 19. De scriptura vocis egimus ad titulum huj. carm. (not. †).

[2]) V. fr. VII. not. 3.

IX. [1]) Cf. (ad fr. V. in fine) quae (-) notavimus.

[2]) Cf. fr. X.

[3]) Apollodorus tamen (II, 5, 9. §. 13.), Herculem ante iter illud factum, Hesione liberata, ad Aenum Thraciae urbem appulisse et a Poltye esse exceptum; pergitque tum verbis: *ἀποπλέων δὲ ἐπὶ ἠϊόνος τῆς Αἰνίας Σαρπηδόνα, Ποσειδῶνος μὲν*

X.

1. *Athen.* XI. pag. 781, D. *Τὸν δὲ Ἥλιον ὁ Στησίχορος ποτηρίῳ διαπλεῖν φησι τὸν ὠκεανόν· ᾧ καὶ τὸν Ἡρακλέα περαιωθῆναι, ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βόας ὁρμῶντα.* Ex eo

2. *Eustath. ad Hom.* pag. 1632. *Ὁ δὲ μῦθος κατὰ τὴν τοῦ δειπνοσοφιστοῦ ἔκθεσιν ὁ παρὰ τῷ Στησιχόρῳ ποτηρίῳ τὸν Ἥλιον διαπλέειν λέγει τὸν ὠκεανόν· ᾧ καὶ τὸν Ἡρακλέα διαπεραιωθῆναι, ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βοῦς ὁρμῶντα* [1]). Quibus praemissis liquet quo referendum sit egregium fragmentum quod legitur

3. *Athen.* XI. pag. 469, E. *Ὅτι δὲ καὶ ὁ Ἥλιος ἐπὶ ποτηρίου διεκομίζετο ἐπὶ τὴν δύσιν, Στησίχορος μὲν οὕτως φησίν·*

Ἅλιος δ' Ὑπεριονίδας δέπας ἐσκατέβαινε
χρύσεον, ὄφρα δι' ὠκεανοῖο περάσας
ἀφίκηθ' ἱερᾶς ποτὶ βένθεα νυκτὸς ἐρεμνᾶς,
ποτὶ ματέρα, κουριδίαν τ' ἄλοχον,
5 *παῖδάς τε φίλους· ὁ δ' ἐς ἄλσος ἔβα*
δάφναισι κατάσκιον ποσσὶ πάϊς Διός.

⏑̄ ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑
⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑̄
⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑̄
⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ –
5 *⏑̄⏑̄ ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ –*
– ⏑ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑⏑ – ⏑ –

Priorum editorum metra ut parum probabilia liceat negligere.

υἱόν, ἀδελφὸν δὲ Πόλτυος, ὑβριστὴν ὄντα, τοξεύσας ἀπέκτεινε. Rupes certe Thraciae Sarpedonia, cujus scholiasta Apollonii nostro loco meminit, ex illa narratione haud dubie nomen duxit. — Lycius denique ille Sarpedon ab Achille trucidatus Creta erat oriundus, ut hanc adeo insulam credas significari.

X: [1]) Idem alio loco (ad Dionys. Perieg. 561. pag. 92. ed. Steph. Paris. 1547.) omisso Stesichoro eadem de Euphorione Alexandroque Ephesio tradit.

Vs. 1. Pentameter dactylicus cum basi trochaica. Ea Alcaeus certe et Sappho usi sunt, apud nostrum licet alibi non occurrat. Possis quidem priores duas syllabas ad antecedentem ordinem referre: non enim est quod valde offendant vocum fracturae in continuis hujusmodi numeris [2]); possis etiam cum editoribus post Schweighaeuserum omnibus *Ἄλιος* reponere: sed libris repugnantibus cautissime in tam incertis rebus agendum: nec adeo nimis probabilis est hexametri inter lyrica carmina usus [3]).

Vs. 2. Ed. Basil. et Casaub. *δ' ὠκεανοῖο.*

Vs. 3. Dactylicus ordo cum basi Pyrrhichii introducit sequentes anapaestos [4]). Vulgatam lectionem *ἀφίκηθ'* immerito in *ἀφίκοιθ'* mutatam esse a Blomfieldio, monuit Mehlhornius in notis ad Anthol. lyric. quae Lips. nuper in lucem prodiit p. 105. Suchfortio metri causa addere placuit *εἰς κλισίας ἱερᾶς.*

Vs. 4. et 5. Dimetri duo anapaestici, cujus rhythmi usus quodammodo confirmatur Servii testimonio. Suchfort. iterum inseruit *ἀλλ' ὁ δ' ἐς ἅλσος κ. τ. λ.* Blomfield. *παΐδας* edidit, qualis forma apud nostrum certe admittenda non erat [5]).

---

[2]) Cf. fr. VII, et quae sub not. 4. mox leges.

[3]) Cf. fr. VII. not. 3.

[4]) Licet fortasse fractis verbis versus 2—4 ita metiri:

χρύσεον, ὅφρα δι' ὠκεανοῖο περά-
σας ἀφίκηθ' ἱερᾶς ποτὶ βένθεα νυκτὸς ἐρε-
μνᾶς, ποτὶ ματέρα, κουριδίαν τ' ἄλοχον, κ. τ. λ.

⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ –

Vs. 2 et 4. Pentametri catalectici in syllabam: cf. Diss. de metr. *Vs.* 3. Hexam. catal. in syllabam, Stesichori inventum, Diomede teste: v. Diss. de metr. *Vs.* 5. Dactylicus erit tum tetrameter in syll. catalecticus, cum longa anacrusi, qualem etiam insequenti versui videmus praefixam esse. Simplicitate certe altera haec ratio superat priorem.

[5]) Neque enim metrum id exigebat, neque adeo epicorum vete-

Vs. 6. Logaoedici duo dactylici simplices dupliciter trochaici catalectici, praefixa anacrusi: clausulam facit versus, apud alios quoque obvius [6]). Legebatur παῖς Διὸς ante Blomfieldium: erat sic logaoedico subjuncta tripodia trochaica catalectica: conjiciebat ille Διὸς παῖς, qua verborum transpositione, licet probata Mehlhornio, non indigemus. Fiorillo [7]) tria postrema verba e glossemate adjecta censebat, ideoque resecanda.

Utrum ab ipso Sole cyathum Hercules acceperit secundum Stesichorum, quemadmodum Pherecydes docuit [8]), an ab Oceano, e Pisandri ratione [9]), incertum est. Nec magis litem componere audeo quam in Vossium [10]) movit Muellerus [11]) verbis subobscuris de quotidiano Solis itinere: nec multum interest. Veritati fortasse proximum, gyro terras cingentem intelligere Oceanum; nocte Sol septentrionalem ejus partem cymba tramisit, quam alius interdiu nauta, sive Nereus fuit sive ipse Oceanus, ad oc-

---

rum usu ea diphthongi diaeresis unquam praeter primum singularis numeri casum admissa: confer grammaticos.

6) Clausulae est apud Aristophanem quoque, Nub. 1170. Pindarus saepissime eum admisit: v. Boeckh. de metr. Pind. II, 6. pag. 134.

7) Observatt. in Athen. pag. 33.

8) Apud Athen. XI. pag. 470, C.: contendit id Muellerus, Dor. Tom. II. pag. 468. Tom. I. pag. 425 sq., quamquam idem sibi contradicit alio loco, Tom. I. pag. 424.

9) Ap. Athen. XI. pag. 469, D.: alterum hoc fere probabilius esse videtur, propter ordinem quo deipnosophista fragmenta illo loco exhibuit.

10) Epistt. mythologg. Tom. II. pag. 156 sqq., quo loco simul vernaculam hanc quatuor versuum addidit interpretationem:

Helios jetzt, Hyperions Sohn,
Lenkt in den goldenen Becher hinab,
Damit, des Okeanos Flut durchschiffend,
Er käme zu den Tiefen der heiligen dunklen Nacht
Zur Mutter und Jugendgenossin
Und den trauten Erzeugten hin.

11) Dor. Tom. I. pag. 425, not. 3.

casus regionem quotidie reduxit: a quo Hercules, iter in Erythiam facturus, ut sibi illam traderet nescio quo modo impetravit.

Κέρβερος.

XI.

1. *Polluc. Onomast.* X, 32. sect. 152. *Ἀρυβάλλους δὲ ἐπὶ τοῦ συσπάστου βαλαντίου ἐν Ἀντιφάνους Αὐτοῦ ἐρῶντι καὶ ἐν τῷ Στησιχόρου Κερβέρῳ.*

2. *Suidas* s. v. *Ἀρύβαλλος· οὐ μόνον παρὰ Στησιχόρῳ καὶ* [*τοῖς*] *ἄλλοις Δωριεῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἱππεῦσιν Ἀριστοφάνους.* Eadem exhibet

3. *Lex Seguier.* s. h. v. (pag. 444. Bekker. Anecd. Graec.) Desiderabatur hucusque carminis titulus, quum Pollucis locus editores fugisset. — Vulgatam Suidae et Lex. Seguier. lectionem *ἀρίβαλλος* emendavimus ex Suidae mss., Polluce l. c., Aristophanis Eqq. 999. et Athen. XI. pag. 783, F., quo loco haec leguntur: *Ἀρύβαλλος· ποτήριον κάτωθεν εὐρύτερον, ἄνω δὲ συνηγμένον, ὡς τὰ συσπαστὰ βαλάντια.* Ejusmodi lagenam in itinere fortasse Hercules, ut poculorum amator, adhibuit.

Κύκνος.

XII.

Schol. Pind. Ol. X, 19. *Ἐτράπη δὲ καὶ ὑπεχώρησεν ἐν τῇ πρὸς τὸν Κύκνον μάχῃ ὁ μέγιστος Ἡρακλῆς, παρορμήσαντος Ἄρεος τὸν Κύκνον. Ἐμαχέσατο δὲ Ἡρακλῆς, ὅτι κακόξενος ἦν Κύκνος, καὶ ἐν παρόδῳ τῆς Θετταλίας* [a]) *οἰκῶν ἀπεκαρατόμει τοὺς παριόντας, ναὸν τῷ Ἄρει* [b]) *βουλόμενος ἐκ τῶν κεφαλῶν οἰκοδομῆσαι, καὶ αὐτῷ παριόντι ἐπιβουλεῦσαι ἠθέλησε. Συστάσης οἶν αὐτοῖς μάχης ἔφυγε δείσας Ἡρακλῆς, συμβαλλομένου Ἄρεος τῷ παιδὶ Κύκνῳ· ἀλλ' ὕστερον Ἡρακλῆς καὶ τοῦτον ἀπέκτεινε. Στησίχορος ἐν ἐπιγραφομένῳ Κύκνῳ ἱστορεῖ.*

[a]) Fuit pugnae locus, Muellero [1]) teste, circa Anauri ostium, in Pagasaeo sinu.

[b]) Sic Heynius et Boeckhius loco vulgatae lectionis *Ἀπόλλωνι* ediderunt e Schol. Rec.: quos Viros injuria improbat Muellerus l. c. [2]) Stesichori Cycnus iste Hesiodeus fuit Martis et Pelopiae filius [3]), infestissimo erga Apollinem animo [4]). Tantum vero abfuit Stesichorus ab insigniter commutanda Hesiodi fabula, ut testem potius rerum illo carmine traditarum eundem nuncupaverit [5]), neque in reliquis Herculis rebus in universum, quantum videmus, a vulgata fama recesserit.

XIII.

Schol. Hesiod. Scut. Herc. summar. (ad calc. huj. carm. in ed. Aldin.) *Στησίχορος δέ φησιν Ἡσιόδου εἶναι τὸ ποίημα.*

In Cycno id dictum fuisse vix dubites [1]). Vetustiores poëtae ita alios laudare solebant [2]).

XII. [1]) Dor. Tom. I. pag. 205.

[2]) Verbis: Es mag der freieren Dichtung des Stesichorus gestattet werden, den Mythos so zu verändern, dafs Kyknos dem Apollon einen Tempel von Leichenschädeln baut, und es ist nicht nöthig mit Heyne a. a. O. *τῷ Ἄρει* für *τῷ Ἀπόλλωνι* zu schreiben.

[3]) Ap. Apollod. II, 7, 7.: non ille Martis ex Pyrene, ap. Apollod. II, 5, 11. Cf. Heyn. ad ll. cc. Male ad alterum hunc Stesichoriam nostram fabulam retulit Nitsch. in Lex. mytholog. h. v.

[4]) „Inclytas hecatombas quicunque Delphos portabat, eum vi spoliabat insidiatus." Hesiod. Scut. Herc. in fine.

[5]) Cf. nos ad fr. seq.

XIII. [1]) Conjecit jam Muellerus, Dor. Tom. II. pag. 480.

[2]) Cf. Stesichorum de Xantho lyrico Athen. XII. pag. 513, A. (laud. ad fr. XXXVII.), Simonidem de Homero et Stesichoro (laud. fr. III.), ap. Athen. IV. pag. 172, E.

Σκύλλα.

XIV.

1. *Schol. Apollon. Rhod.* IV, 828. *Στησίχορος ἐν τῇ Σκύλλῃ Λαμίας τὴν Σκύλλαν φησὶ θυγατέρα εἶναι.* Eadem, omisso carminis titulo, leguntur apud

2. *Eustath. in Hom.* pag. 1714. *Εἶσι δὲ οἱ Τριτωνά φασιν εἶναι πατέρα τῇ Σκύλλῃ· Στησίχορος δὲ Λαμίαν αὐτῆς μητέρα ποιεῖ.*

Herculis rebus fabulam subjunximus, quum monstrum illud ab eo interfectum esse traditum sit [1]). Male Harlesius [2]) ad carmen de *Trojae excidio* Scyllam retulit: multo aequius ad *Νόστους* crederes eam pertinuisse.

Συοθῆραι.

XV.

Athen. III. pag. 95, D. *Στησίχορός τέ φησιν ἐν Συοθήραις·*

* * * *Κρύψαι δὲ ῥύγχος ἄκρον*
γᾶς ὑπένερθεν.

× × — ⏑ ⏓ — ⏑ ⏑ —
⏑ ⏑⏑ — ⏑

Tripodia est trochaica cum anacrusi, finis fortasse longioris versus: alter versus Adonius. — Vertit titulum Schweighaeuserus, in *Suum venatoribus:* quippe a *συοθήρας* vocem declinat, apud Philostratum quoque (Imagg. II, 17.) ea notione occurrente. Sic autem puta illo carmine heroas Aetolii apri venatores celebratos fuisse. Ut autem *ἐν Συοθήρᾳ* liceat reponere, canebatur suis Erymanthii, non Caledonii, venatio; referendumque carmen ad Heraclea erat praecedentia.

Ad res Heracleas fragmenta etiam pertinent LXII ad LXX usque.

XIV. [1]) Ap. Schol. ad Hom. Odyss. XII, 85.
[2]) In catalogo epimetri ad Fabric. Bibl. Graec.

Εὐρώπεια †).

Res Cadmeas ab Europa incipere satis notum: quo factum est ut illas hoc carmine tractaret. Curas suas iisdem plures navarunt ††).

XVI.

Schol. Eurip. Phoen. 674. *Ἔνθεν ἐξανῆκε γᾶ· ὁ μὲν Στησίχορος ἐν Εὐρωπείᾳ τὴν Ἀθηνᾶν ἐσπαρκέναι τοὺς ὀδόντας φησίν.*

Vulgatam hujus rei narrationem exhibuit Apollodorus, III, 4, 1. §. 4.

XVII.

Pausan. IX, 2, 3. *Τοῖς δὲ ἐκ Μεγαρῶν ἰοῦσι πηγή τέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ, καὶ ὀλίγον προελθοῦσι πέτρα· καλοῦσι δὲ τὴν μὲν Ἀκταίωνος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ καθεύδειν φασὶ τῇ πέτρᾳ τὸν Ἀκταίωνα, ὁπότε κάμοι θηρεύων· ἐς δὲ τὴν πηγὴν ἐνιδεῖν λέγουσιν αὐτὸν λουομένης Ἀρτέμιδος ἐν τῇ πηγῇ. Στησίχορος δὲ ὁ Ἱμεραῖος ἔγραψεν ἐλάφου περιβαλεῖν δέρμα Ἀκταίωνι τὴν θεόν, παρασκευάζουσαν οἱ τὸν ἐκ τῶν κυνῶν θάνατον, ἵνα δὴ μὴ γυναῖκα Σεμέλην λάβοι.*

---

†) Litem movit parum fructuosam Blomfield. ad frgm. sequens: „in titulo aliquid mendi subesse" putans: sed praeceps ingenium ad imitandos Porsonis obeliscos Britannum impulit. Maximam, quantum videmus, partem poeta noster nuda personarum nomina carminibus inscripsit. Jam vero nonne *Εὐρώπεια* poëtis idem valet atque *Εὐρώπη*? Conferenda enim Homeri *Πηνελόπεια*, ipsius Stesichori (v. fr. LXXVIII.) *Καλλιόπεια*. Adde Wuellnerum De cyclo epico poetisque cyclicis (Monaster. 1825.) pag. 58.: „Carmen nostrum aeque recte „*Εὐρώπια* [lege *Εὐρωπία*] quam *Εὐρώπεια* inscribitur: quod „cum Scaligero contra Salmasium dico (cf. Heyn. obss. ad „Apollod. pag. 211.)."

††) Sic Eumelus *Εὐρωπίᾳ* (Schol. Hom. Il. VI, 130.), poeta cyclicus anonymus *ὁ τὰ ἔπη τὰ εἰς Εὐρώπην ποιήσας* (Paus. IX, 5, 4.), Nicandor Colophonius *ἐν τρίτῳ Εὐρωπίας* (Athen. VII. pag. 296, F.), *πέμπτῳ τῆς Εὐρωπείας* (sic) (Steph. Byz. voc. *Ἄθως*) laudatur.

Ad res Cadmeas haec pertinere liquet. De vulgari mytho non est quod testes indicemus [1]): Stesichorum Acusilaus logographus exscripsit [2]).

Ἐριφύλα.

XVIII.

1. *Sext. Empir. adv. Mathem.* I, 12. pag. 271. de Aesculapio: *Στησίχορος μὲν ἐν Ἐριφύλῃ εἰπὼν, ὅτι τινὰς τῶν ἐν Θήβαις πεσόντων ἀνιστᾷ.*

2. *Apollod.* III, 10, 3. §. 12. de eodem: *Εὗρον δέ τινας λεγομένους ἀναστῆναι ὑπ' αὐτοῦ· Καπανέα καὶ Λυκοῦργον* [a]), *ὡς Στησίχορός φησιν ἐν Ἐριφύλῃ· Ἱππόλυτον, ὡς κ. τ. λ.*

3. *Schol. Pind. Pyth.* III, 96. *Λέγεται δὲ ὁ Ἀσκληπιὸς χρυσῷ δελεασθεὶς ἀναστῆσαι Ἱππόλυτον τεθνηκότα· οἱ δὲ Τυνδάρεων· ἕτεροι, Καπανέα· οἱ δὲ, Γλαῦκον· οἱ δὲ Ὀρφικοί, Ὑμέναιον· Στησίχορος δὲ ἐπὶ Καπανεῖ καὶ Λυκοῦργον* [b]).

4. *Schol. Eurip. Alcest.* 2. *Ἀπολλόδωρος δέ φησι, κεραυνωθῆναι τὸν Ἀσκληπιὸν ἐπὶ τῷ τὸν Ἱππόλυτον ἀναστῆσαι· Ἀμελησαγόρας δέ, ὅτι Γλαῦκον· Πανύασις, ὅτι Τυνδάρεων· [ἕτεροι, ὅτι Καπανέα·]* [c]) *οἱ δὲ Ὀρφικοί, ὅτι Ὑμεναῖον· Στησίχορος δέ, ἐπὶ Καπανεῖ καὶ Λυκοῦργον* [d]).

[a]) Recepimus certissimam Heynii emendationem [1]); in libris editum est: *ἀναστ. ὑπ' αὐτοῦ Καπανέα καὶ Λυκοῦργον. ὡς δὲ Στησίχορός φησιν, Ἐριφύλην· Ἱππόλυ-*

XVII. [1]) Collegerunt enim Heynius ad Apollod. III, 4, 4. §. 2. et Gierig. ad Ovid. Metam. III, 131.

[2]) Apollodorus enim l. c. de Actaeone: *Καὶ τοῦτον ἐτελεύτησε τὸν τρόπον, ὡς μὲν οὖν Ἀκουσίλαος λέγει, μηνίσαντος τοῦ Διὸς ὅτι ἐμνηστεύσατο Σεμέλην· ὡς δὲ οἱ πλείονες, ὅτι κ. τ. λ.* Unde intelligas simul, Apollodorum e logographis, ut jam Muellerus (Dor. Tom. II. pag. 464 sq.) monuit, lubentius quam ex ipsis poetis sua conscripsisse.

XVIII. [1]) Cf. sequentia Pindari et Euripidis scholia.

τον, κ. τ. λ. Aegius et Galeus corruptius etiam: *ἀναστ. ὑπ' αὐτοῦ· Καπανέα καὶ Λυκοῦργον, ὡς Στησίχορος λέγει· Ἐριφύλην καὶ Ἱππόλυτον, ὡς κ. τ. λ.*

[b]) Quod editum erat *ἐπὶ Καπανεῖ καὶ Λυκούργῳ* correximus: respicit scholiasta ad Capaneum antea laudatum.

[c]) Supplevimus uncis inclusa ex Pindari scholiasta.

[d]) Emendavimus vitium vocis *Λυκούργῳ*, librarii, ut videtur, culpa ortum ex Pindari scholiasta.

De primario carminis mytho Heynius ad Apollodorum l. c. „Suspicor ad bellum Epigonorum haec spectasse, et revixisse in eo Capaneum cum Lycurgo." Vix autem, vel propter ipsius tituli nomen, concederem VII ducum pugnas carmen illud non comprehendisse. *Capaneus* belli particeps satis notus [2]): sed *Lycurgus* laudatus quis fuerit quaeras. Pronactis filium fuisse, Eriphylae Adrastique fratris [3]), recte nobis colligere videtur Heynius l. c.: Pausanias eum vidit inter VII adversus Thebas in throno Amyclaeo depictum [4]).

Ἰλίου Πέρσις.

Qua nos ducti ratione huic carmini et Palinodiae s. hymno in Helenam decantato rerum Troicarum fragmenta maxima ex parte adscripserimus, quoque modo ipsa distributio sit facta, supra exposui, Diss. sect. VII. Quod autem rerum Iliacarum scriptoribus Noster annumeratur ab auctore Tabb. Iliacc. (pag. 342. ed. Fabretti), id ad Trojae excidium tantum non unice spectat.

---

[2]) V. Heyn. l. c. et ad III, 6, 3.

[3]) Cf. Apollod. I, 9, 13.

[4]) III, 18, 7. *Ἄδραστος δὲ καὶ Τυδεὺς Ἀμφιάραον καὶ Λυκοῦργον τὸν Πρώνακτος μάχης καταπαύουσιν.*

XIX.

Dio Chrysost. oratt. pag. 162, *A.* Morell. *Οὕτω δὲ, ἔφη* (sacerdos Aegyptius), *γελοίως διάκεισθε ὑμεῖς, ὥστε ποιητὴν ἕτερον, Ὁμήρῳ πεισθέντα καὶ ταὐτὰ πάντα ποιήσαντα περὶ Ἑλένης, Στησίχορον ὡς οἶμαι, τυφλωθῆναί φατε ὑπὸ τῆς Ἑλένης ὡς ψευσάμενον, αὖθις δὲ ἀναβλέψαι τἀναντία ποιήσαντα· καὶ ταῦτα λέγοντες οὐδὲν ἧττον ἀληθῆ φασιν εἶναι τὴν Ὁμήρου ποίησιν.*

Quae sequuntur invenies fr. XLV, 4. laudata, in initio Palinodiae fragmentorum: ejusdemque carminis ad calcem ea loca subjunximus, quibus utriusque odae mentio erat facta.

XX.

Schol. Venet. ad Hom. Il. II, 339. *Τῶν ἐξ Ἑλλάδος ἀρίστων ἐπὶ μνηστείαν τῆς Ἑλένης παρόντων διὰ τὸ γένος καὶ τὸ κάλλος, Τυνδάρεως ὁ πατὴρ αὐτῆς, ὥς τινές φασι, φυλασσόμενος μή ποτε ἕνα αὐτῶν προκρίνας τοὺς ἄλλους ἐχθροὺς ποιήσηται, κοινὸν αὐτῶν ἔλαβεν ὅρκον, ἢ μὴν τῷ ληψομένῳ τὴν παῖδα ἀδικουμένῳ περὶ αὐτὴν σφόδρα πάντας ἐπαμύνειν. Διόπερ Μενελάῳ αὐτὴν ἐκδίδωσι· καὶ μετ' οὐ πολὺ ἁρπασθείσης αὐτῆς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐκοινώνησαν τῇ στρατείᾳ διὰ τοὺς γενομένους ὅρκους. Ἱστορεῖ Στησίχορος.*

Ad Helenam retulit Blomfield., post Heynium ad Apollod. III, 10, 8 et 9: sed aperte ipsis carminis illius fragmentis Viri Docti refelluntur: nam docebatur ibi, virginem patriam prorsus non reliquisse.

XXI.

Paus. II, 22, 7. *Εἰλειθυίας ἐστὶν* (Argis) *ἱερὸν, ἀνάθημα Ἑλένης, ὅτε σὺν Περίθῳ Θησέως ἀπελθόντος ἐς Θεσπρωτοὺς Ἄφιδνά τε ὑπὸ Διοσκούρων ἑάλω καὶ ἤγετο ἐς Λακεδαίμονα Ἑλένη· ἔχειν μὲν γὰρ αὐτὴν λέγουσιν ἐν γαστρί, τεκοῦσαν δὲ ἐν Ἄργει καὶ τῆς Εἰλειθυίας ἱδρυσαμένην τὸ ἱερόν, τὴν μὲν παῖδα, ἣν ἔτεκε*

Κλυταιμνήστρᾳ δοῦναι· συνοικεῖν γὰρ ἤδη Κλυταιμνήστραν Ἀγαμέμνονι· αὐτὴν δὲ ὕστερον τούτων Μενελάῳ γήμασθαι. Καὶ ἐπὶ τῷδε Εὐφορίων Χαλκιδεὺς καὶ Πλευρώνιος Ἀλέξανδρος ἔπη ποιήσαντες, πρότερον δὲ ἔτι Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος, κατὰ ταὐτά φασιν Ἀργείοις Θησέως εἶναι θυγατέρα Ἰφιγένειαν.

Res quidem satis nota [1]): sed tradebant alii Aphidnam captam esse tempore, quo Hadem Theseus cum Pirithoo petiverit [2]).

XXII.

Tzetz. in Lycophr. pag. 74, A. Pott. *Δελφινόσημον· Στησίχορός φησιν Ὀδυσσέα ἐπὶ τῆς ἀσπίδος φέρειν δελφῖνος τύπον, καὶ Εὐφορίων ὁμοίως τοῦτο συμφθέγγεται.*

XXIII.

1. *Eustath. ad Hom.* pag. 277. *Τὸ δὲ Ὀϊλεὺς ψιλωτέον κατὰ τὴν ἄρχουσαν ὡς ἓν μέρος λόγου κατὰ τὸν Ὅμηρον. Ἡσίοδος δέ, φασί, καὶ Στησίχορος διχῶς αὐτὰ προάγει· οὐ γὰρ μόνον τρισυλλάβως Ὀϊλεύς, ἀλλὰ καὶ δισυλλάβως Ἴλεύς.*

2. *Idem ibid.* pag. 1018. *Ὅτι δὲ τὸ Ὀϊλεὺς δίχα τοῦ ἐν ἀρχῇ ὃ προφέρουσί τινες, ἤδη δεδήλωται· φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ ὅτι Στησίχορος καὶ Ἡσίοδος τὴν τοιαύτην οἴδασι προφοράν.*

Tertium est inter Hesiodi fragmenta Gaisfordianae collectionis.

XXIV.

1. *Athen.* X. pag. 456, F. *Ἀνακομίζοντος αὐτοῖς* (Simonidi ejusque choro) *τὸ ὑδὼρ ὄνου, ὃν ἐκάλουν Ἐπειόν, διὰ τὸ μυθολογεῖσθαι, τοῦτο δρᾷν ἐκεῖνον, καὶ ἀναγεγράφθαι ἐν τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερῷ τὸν Τρωϊκὸν μῦθον, ἐν ᾧ ὁ Ἐπειὸς ὑδροφορεῖ τοῖς Ἀτρείδαις, ὡς καὶ Στησίχορός φησιν·*

XXI. [1]) Vel ex Apollod. III, 10, 7. §. 4. cf. Heyn.

[2]) V. Apollodor. l. c. et Schol. Apollon. Rhod. I, 101.

Ὤικτειρε γὰρ αὐτὸν ὕδωρ αἰ-
εὶ [a]) φορέοντα Διὸς κού-
ρα [b]) βασιλεῦσιν.
– ⏑ ⏓ – ⏓ – –
⏑ ⏓ – ⏓ – –
⏑ ⏓ – ⏓

2. *Eustath. ad Hom.* pag. 1323. Athenaeum exscripsit.

[a]) Legebatur ἀεὶ Attica forma apud. Athen. et Eustathium: poetarum forma a nobis adhibita graviorem simul trimetrorum illorum finem servabat [1]). Blomfieldius hexametrum revocavit:

Ὤικτειρε γὰρ αὐτὸν
Αἰὲν ὕδωρ φορέοντα Διὸς κούρα βασιλεῦσιν [2]).

[b]) Διὸς κούροις Eustathius, probante Schweighaeusero ad Athen. l. c.: Atridae autem nusquam sic appellantur. De Helena potius intellige dictum, sive de Pallade, adjutrice illa in ligneo equo exstruendo.

XXV.

Schol. Venet. ad Hom. Il. XXIII, 92. Διόνυσος Ἥφαιστον γενόμενον ἐν Νάξῳ μιᾷ τῶν Κυκλάδων ξενίσας ἔλαβε παρ' αὐτοῦ δῶρον χρύσεον ἀμφορέα· διωχθεὶς δὲ ὕστερον ὑπὸ Λυκούργου καὶ καταφυγὼν εἰς θάλασσαν, φιλοφρόνως αὐτὸν ὑποδεξαμένης Θέτιδος, ἔδωκεν αὐτῇ τὸν Ἡφαιστότευκτον ἀμφορέα· ἡ δὲ τῷ παιδὶ ἐχαρίσατο ὅπως μετὰ θάνατον ἐν αὐτῷ αὐτοῦ ἀποτεθῇ τὰ ὀστᾶ. Ἱστορεῖ Στησίχορος.

Post enarratam Achillis mortem et exsequias probabili ratione haec collocabis.

XXIV. [1]) Cf. fr. XLVI, XXXIX, XLIIII, XLVIII.

[2]) De admittendo hoc versu disputatum est ad fr. VII. not. 3.

XXVI.

1. *Eustath. ad Hom.* pag. 1698. De equo ligneo: *φασὶ δὲ τοὺς εἰς αὐτὸν καταβάντας τινὲς μέν, ὧν καὶ Στησίχορος, ἑκατον εἶναι.*

2. *Athen.* XIII. pag. 610, C. *Ἐὰν μέν τίς σου πύθηται, τίνες ἦσαν οἱ εἰς τὸν δούρειον* [a]) *ἵππον ἐγκατακλεισθέντες, ἑνὸς καὶ δευτέρου ἴσως ἐρεῖς ὄνομα· καὶ οὐδὲ ταῦτ' ἐκ τῶν* [b]) *Στησιχόρου, σχολῇ γάρ τινας* [c]), *ἀλλ' ἐκ τῆς Σακάδου* [d]) *Ἀργείου Ἰλίου πέρσιδος* [e]) *· οὗτος γὰρ παμπόλλους τινὰς κατέλεξεν.*

[a]) Sic libri: Schweigh. *δούριον* edidit praeter necessitatem.

[b]) *ἐκ τῶν μελῶν* intellige: fortasse *ἐκ τῆς* legebatur.

[c]) *τινάς* a me additum vulgo deest.

[d]) *Σακάτου* Msc., *Ἀκάτου* edd. praeter Schweighaeuserum, qui *Σακάδου* reposuit in textu, *Σακάδα τοῦ* conjecit. Nostram nominis scripturam multi probant [1]). Aevo ille fere Stesichorum aequabat, arte lyricus fortasse erat [2]).

[e]) *Ἰλιοπερσίδος* conjunctim edebatur ante Schweighaeuserum, a quo revocata et defensa est codicis lectio *Ἰλίου πέρσιδος*: alii *πέρσεως* reponere malunt [3]).

XXVI. [1]) Cf. Paus. II, 22, 9. Polluc. Onomast. IV, 79. Plut. de Mus. pag. 1134, A.

[2]) De aevo v. Boeckh. ad fr. Pind. inc. 88. et J. M. Schulz. Apparat. ad annal. criticos rerum Graecarum specimen (nuper edit.) pag. 1.: Vicit tibiis Sacadas tertium Pythiade II. (Ol. 50⅔). Injuria V. D. l. c. pag. 2. not. 5. dubitationem movet de *Ἰλίου πέρσιδι* illi confecta: lyrica enim et haec fuisse potest, ut Stesichori.

[3]) Genitivum *πέρσεως* suadent Aristot. Poet. cap. XVIII. XXIII. extr. Scaliger ad Euseb. Chron. pag. 72. Salmas. exercc. Plinn. pag. 600. ad Solin. pag. 853 sq. Sylburg. et Kuhn. ad Paus. X, 25. Maussacus ad Harpocrat. s. voc. *κα-*

XXVII.

Schol. Eurip. Orest. 1287. *Ἄρα εἰς τὸ τῆς Ἑλένης κάλλος βλέψαντες οὐκ ἐχρήσαντο τοῖς ξίφεσιν· οἷόν τι καὶ Στησίχορος ὑπογράφει περὶ τῶν καταλεύειν αὐτὴν μελλόντων· φησὶ γάρ, ἅμα τῷ τὴν ὄψιν αὐτῆς ἰδεῖν αὐτές, ἀφεῖναι τὰς λίθους ἐπὶ τὴν γῆν.*

Ad Helenam Blomfieldius haec retulit: sed ad vituperium virginis, itaque ad Trojae excidium, quo illud continebatur, aperte pertinuit nota. Sermo de Graecis esse videtur post Trojam captam poenas ex ista sumturis. Quod legebatur *ἅμα τὸ* post Blomfieldium emendavimus.

XXVIII.

Pausan. X, 27. *Εἰς δὲ Ἑκάβην Στησίχορος ἐν Ἰλίου πέρσιδι ἐποίησεν, ἐς Λυκίαν ὑπὸ Ἀπόλλωνος αὐτὴν κομισθῆναι.*

Quippe rem habuerat deus ille cum Hecuba e poetae fictione: vide fr. sequens.

XXIX.

Tzetz. ad Lycophr. pag. 35, A. Potter. *Στησίχορος καὶ Εὐφορίων καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς ποιητής φασι τὸν Ἕκτορα υἱὸν τοῦ Ἀπόλλωνος εἶναι.*

De Ibyco idem testatur Schol. ad Hom. Il. III, 314. E confini mytho Troilus quoque tradebatur Apollinis esse filius: vide Apollod. III, 12, 5. §. 12 Tzetz. ad Lycophr. 307. Conferendus ad rem praeterea Pausanias X, 27. modo laudatus.

θελών (cf. fr. XXX. et XXXIII.); Blomf. in frgmm. coll. Matthiae gramm. gr. T. I. pag. 158. ed. alt. Schneider et Passow. in lexicis: defendit *πέρσιδος* etiam Heyn. in Excurs. ad Virg. Aen. II. pag. 280., ex Harpocratione cummaxime et Pausania infra laudandis.

XXX.

Pausan. X, 26. 1. *Κλυμένην μὲν οὖν Στησίχορος ἐν Ἰλίου πέρσιδι καθηρίθμηκεν ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις.*

Inter Priami filias non alio loco, quantum videmus, illa appellabatur.

XXXI.

Pausan. X, 26, 2. (dextram partem Lesches Delphicae describens) *Μέδουσα δὲ κατέχουσα ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις τὸν ὑποστάτην (λουτηρίου) ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κάθηται· ἐν δὲ ταῖς Πριάμου θυγατράσιν ἀριθμήσαιτ' ἄν τις καὶ ταύτην κατὰ τοῦ Ἱμεραίου τὴν ᾠδήν.*

Recensetur inter Priamidas illa apud Apollodorum, III, 12, 5. §. 13.

XXXII.

Dio Chrysost. De regno orat. II. pag. 25, B. Morell. *Στησιχόρου δὲ καὶ Πινδάρου ἐπεμνήσθη· τοῦ μὲν ὅτι μιμητὴς Ὁμήρου γενέσθαι δοκεῖ, καὶ τὴν ἅλωσιν οὐκ ἀναξίως ἐποίησε τῆς Τροίας· τοῦ δὲ Πινδάρου, κ. τ. λ.*

XXXIII.

1. *Harpocrat.* s. voc. *καθελών. ἀντὶ τοῦ ἀνελών, ἢ ἀποκτείνας. ἐχρήσαντο δὲ οὕτω τῷ ὀνόματι καὶ ἄλλοι, ὡς καὶ Στησίχορος ἐν Ἰλίου πέρσιδι, καὶ Σοφοκλῆς ἐν Εὐμήλῳ.*

2. *Photius* s. h. v. exscripsit Harpocrationem.

3. *Suidas* s. h. v. *Δημοσθένης ἀντὶ τοῦ ἀνελών, ἤτοι ἀποκτείνας· καὶ Στησίχορος δὲ, καὶ Σοφοκλῆς καὶ ἕτεροι οὕτως ἐχρήσαντο τῷ ὀνόματι.*

Νόστοι.

Latuit hucusque hic titulus, ter apud veteres scriptores laudatus.

XXXIV.

Pausan. X, 26, 1. De Stesichoro: *Ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀριστομάχην ἐποίησεν ἐν Νόστοις θυγατέρα μὲν Πριάμου, Κριτολάου δὲ γυναῖκα εἶναι τοῦ Ἱκετάονος.*

Quae praecedunt legantur fr. XXX. Pro vulgata lectione *Ἔννος* Facius e cod. Mosc. genuinam dedit *ἐννος τοις*, Heynio praeeunte in Excurs. I. ad Virgil, II. pag. 280.

XXXV.

Epist. Phalarid. IX. (ad Stesichorum) pag. 49. Lenn. *Καὶ τοὺς μὲν τῶν Ἀχαιῶν Νόστους πυνθάνομαί σε συγγράφειν, καί τισι τῶν ἡρώων ἐκείνων ἀβουλίαν ἐπιτιμᾷν ἱκανῶς· ὅπως δὲ αὐτὸς ἀπονοστήσῃς ἀπαθὴς ἐξ Ἀλαίσης εἰς Ἱμέραν, οὐδὲν φροντίζεις. Ἀλλ' εὖ ἴσθι ὅτι μένουσί σε καὶ αἱ Καφηρίδες πέτραι, καὶ Πλαγκταί, καὶ Χάρυβδις, καὶ ὁ Ναύπλιος στόλος* [l. *δόλος*]· *καὶ οὐκ ἂν ἐκφύγοις ὅλως τὰς ἐμὰς χεῖρας, οὐδ' ἂν θεῶν σέ τις καθ' ὑμᾶς τοὺς ποιητὰς ἀϊστώσῃ.*

Errat Lennepius ad h. l. ratus, de Stesichori *Νόστοις* veteres prorsus silere; deinde praeter necessitatem haeret in verbis explicandis. Aequum est de hisce quaedam addere, quum mira esset illa carminis mentio, nisi ipsas quoque indicatas fabulas poeta in eo tetigisset. De Planctis et Charybdi res notae vel ex Homero [1]); quae dein leguntur *ὁ Ναύπλιος στόλος* frustra tueri conatus est Lennepius: ad celebre enim istud naufragium ea respiciunt, quod Troja redeuntes Graeci, Nauplii dolo decepti, ad Capharea saxa fecerunt: *δόλος* lectionem firmat vocis apud veteres usus [2]). Tum *Ναύπλιος* vox adjectivi sensu adhibita, et unius rei mentio

---

XXXV. [1]) Odyss. XII, 61 sqq.

[2]) Cf. Sophocl. ap. Aristid. T. I. pag. 259. Jebb. Eurip. Hel. 1142. Quint. Smyrn. XIV, 622. Senec. Med. 658.

duplex et alienis verbis disjuncta, injuria virum sollicitarunt: ut postrema verba ὁ Ναύπλιος στόλος, ad interpretationem demum allata esse putaret, aque librariis postea ipsi epistolae inserta. At vero adjectivum illud saepius apud Graecos legitur [3]); tantumque abest ut corruptus sit locus, ut rectius tibi persuadeas ipsum poeticum ordinem ipsaque poetae verba ab epistolae scriptore esse servata.

XXXVI.

Jo. Tzetzes Posthomer. 750 sqq.

Νόστον Στησίχορος δ' ἐρέησιν ἑοῖς ἐπέεσσιν·
ἢ μὲν ὅσοι πελάγει φθάρεν, ἠδ' ὅσοι ἤλυθον ἄλλῃ,
ἠδ' ὅσοι εἰσαφίκοντο φίλην παρὰ πατρίδα γαῖαν.
κεῖνος ταῦτ' ἐρέησιν ἀνήρ, κ. τ. λ.

Νόστον vocem a fine versus ad initium reposuimus. Blomfieldius post Heynium haec verba de *Trojae excidio* intellexit; ille enim (ad Apollod. T. II. pag. 360. ed. alt.): „Stesichoro quoque *Νόστον* tribuere videtur „Tzetzes Posthom. 750: potuit hoc fieri in ejus *Ἰλίου* „*πέρσει*: potest quoque temere aut per errorem me„morasse."

Ὀρεστεία.

Pluribus ex libris carmen constabat: vide fr. XXXVIII.

XXXVII.

Athen. XII. pag. 513, A. *Πολλὰ δὲ τῶν Ξάνθου παραπεποίηκεν ὁ Στησίχορος, ὥσπερ καὶ τὴν Ὀρεστείαν καλουμένην.*

De lyrico illo Xantho conferendus est praeter ipsum Athenaeum l. c. Aelianus Var. hist. IV, 26.: *Ξάνθος, ὁ ποιητὴς τῶν μελῶν· ἐγένετο δὲ οὗτος πρεσβύτερος Στησιχόρου τοῦ Ἱμεραίου.* Fortasse ejus mentionem fecerat Stesichorus in carmine, e lyricorum more: cf. nos ad

[3]) Cf, Eurip. Electr. 453. Orest. 54. 473. 369. 242, Hel. 1602,

fr. XIII. not. 2. Hujusmodi imitationem cum ipsius auctoris mentione illi culpae dare videntur subobscura Synesii verba, laudata Diss. sect. IX. not. 23.

XXXVIII.

1. *Schol. ad Dionys. gramm.* in Bekker. Anecd. Gr. T. II. pag. 783. *Στησίχορος δὲ ἐν δευτέρῳ Ὀρεστείας τὸν Παλαμήδην φησὶν εὑρηκέναι [τὰ στοιχεῖα], Μνασέας δὲ Ἑρμῆν, ἄλλοι δὲ ἄλλον· πιθανὸν δὲ κατὰ τόπον εὑρετὰς γεγενῆσθαι.*

2. *Ibidem* pag. 786. *Στησίχορος δὲ Παλαμήδην εὑρετὴν αὐτῶν ποιεῖται, ᾧ συμφωνεῖ καὶ Εὐριπίδης· Μνασέας δὲ κατὰ πάντα τόπον εὑρετὰς γεγενῆσθαι τῶν στοιχείων.*

XXXIX.

Schol. Aristoph. Pac. 797. *Ἔστι δὲ παρὰ τὰ Στησιχόρου ἐκ τῆς Ὀρεστείας·*

Τοιάδε χρὴ Χαρίτων δαμώματα
καλλικόμων ὑμνεῖν, Φρύγιον μέλος
ἐξευρόνθ' ἁβρῶς, ἧρος ἐπερχομένου.

Versus ut leguntur tetrametri sunt dactylici et elegiacus. Legebatur *ἐξευρόντα*, ut finem versus dicas post illam vocem fuisse: sed tum qualia ad metra tetrametri revocandi essent [1])! Pentametro succurras *ἐξευρόντας* reponendo. Ad *δαμώματα* scholiasta: *τὰ δημοσίᾳ ᾀδόμενα.* Ipsius cantus nescio an partem nobis servaverit idem mox grammaticus ad vs. 800 [2]).

XXXIX. [1]) Non displicent trimetri catalectici saepius in fragmentis obvii:

Τοιάδε χρὴ Χαρίτων δα-
μώματα καλλικόμων ὑ-
μνεῖν, Φρύγιον μέλος ἐξευ-
ρόντας [ρόνθ'] ἁβρῶς, ἧρος ἐπερχομένου.

Quartus versus est choriambus [creticus] cum trimetro dactylico catalectico in syllabam.

[2]) Laud. fr. LXXV.

XL.

Schol. Eurip. Orest. 46. *Φανερὸν ὅτι ἐν Ἄργει ὑποκεῖται ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος· Ὅμηρος δὲ ἐν Μυκήνας φησὶ τὰ βασίλεια Ἀγαμέμνονος εἶναι, Στησίχορος δὲ καὶ Σιμωνίδης ἐν Λακεδαιμονίᾳ.*

XLI.

Idem ibid. ad 268. *Στησιχόρῳ δὲ ἑπόμενος τόξα φησὶν αὐτὸν [τὸν Ὀρέστην] εἰληφέναι παρὰ Ἀπόλλωνος.*

Quod legebatur *Στησίχορος δὲ* jam Blomfieldius emendavit.

XLII.

Schol. Aesch. Choeph. 728. *Γείλισσαν δέ φησι τὴν Ὀρέστου τροφόν, Πίνδαρος δὲ Ἀρσινόην, Στησίχορος δὲ Λαοδάμειαν.*

Locus Pindari est Pyth. XI, 26. Scholiasta ad h. l. *Φερεκύδης δὲ Λαοδάμειαν λέγων αὐτήν, τὸν ταύτης φησὶ παῖδα ἀνῃρῆσθαι ὑπὸ Αἰγίσθου, νομιζόμενον Ὀρέστην εἶναι:* fortasse e Stesichoro.

XLIII.

Plutarch. De ser. num. vind. T. II. p. 555, A. De pravorum post perpetrata facinora imbecillitate animi et superstitione: *Ὥστε πρὸς τὰ γενόμενα καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀποπλάττεσθαι τὸ τῆς Κλυταιμνήστρας ἐνύπνιον τὸν Στησίχορον, οὕτωσί πως λέγοντα τάδε·*

Ἀράκων ἐδόκησε μολεῖν κάρα βεβροτωμένος ἄκρον·
Ἐκ δ' ἄρα τοῦ βασιλεὺς Πλεισθενίδας ἐφάνη.

Bene Wyttenbachius ad h. l. notat: „Recte viderat „Reiskius pro *τάδε* legendum esse *τᾷδε, illi*, sc. Clytaemnestrae, et ad Stesichori verba adjiciendum." Minus vero probamus quae sequuntur: „Egregie hos versus „restituit Doctor meus suavissimus Valckenarius, animad„versione quam mecum communicavit: *Vel certe*, ait, „*μολεῖν, vel ejiciendum est κάρα: quia vero de somnio*

„*loquitur Clytaemnestrae, et in somniis usitatae sunt lo-*
„*quendi formulae ἔδοξ' ἰδεῖν, ἔδοξε μολεῖν, suspi-*
„*cor usitato more scripsisse Stesichorum:*

„*Τᾷδε δράκων μὲν ἔδοξε μολεῖν βεβροτω-*
μένος ἄκρον,

„*Ἐκ δ' ἄρα κ. τ. λ.*"

„Hactenus ille. Locum sumtum dicerem e Stesichori „*Ὀρεστείᾳ*, nisi lyrica essent quae ex illo poemate af-„fert schol. Aristoph. Pac. 797. [1]) *Βασιλεὺς Πλει-*„*σθενίδας* est Orestes Plisthenis nepos." Quos viros Blomfieldius in versibus edendis secutus est. Sed dubia certe res de Plisthenide: nonne enim ipse conjux trucidatus poterat in somnio apparere? Imo quae praecedunt *κάρα βεβρ. ἄκρ.* satis significant mactatum illum in bovis modum Agamemnonem [2]). Cetera vana sunt. *Ἐδόκησε* mutare, *μὲν* inserere opus non erat. *Ἄκρον* demto nomine in adverbii vicem admissum vix satis intelligi potest: nec adeo deesse licet vocem *κάρα* illam [2]). Dactylos multo facilius refingit articulus ante *κάρα* desideratus. Lege igitur: — *οὕτωσί πως λέγοντα·*

** * * τᾷδε* [s. *τᾷ δὲ*] *δράκων ἐδόκησε μο-*
λεῖν, τὸ κάρα βεβροτωμένος ἄκρον·
ἐκ δ' ἄρα τοῦ βασιλεὺς Πλεισθενίδας ἐφάνη.

⏑ ⏑⏑]– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑
⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑
⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ –

Nec repugnarem si quis heptametrum vellet integrum relinquere.

XLIII. [1]) Laud. fr. XXIX.

[2]) Cf. Hom. Od. IV, 535. *Ὡς τις κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.* Soph. El. 95 sq. de Agamemnone: *ὃν μήτηρ ἡ 'μὴ χὠ κοινολεχὴς Αἴγισθος σχίζουσι κάρα φονίῳ πελέκει.*

B.

Hymni, Encomia, Epithalamia, Paeanes.

De Stesichori *hymnis* testimonium fert Clemens Alexandrinus [1]): *Διθύραμβον δὲ ἐπενόησε Λάσος Ἑρμιονεύς, — ὕμνον Στησίχορος Ἱμεραῖος, χορείην Ἀλκμὰν Λακεδαιμόνιος, τὰ ἐρωτικὰ Ἀνακρέων Τήϊος, κ. τ. λ.*

De inventione quidem hymnorum Stesichoro tributa h. l. vix somnies: liquet potius illius curas insigniter huic generi navatas intelligendas esse. Jam vero quales, quaeras, hymnos omnium maxime poeta coluit? Inter magnam ejus carminum copiam celeberrima et notissima erant illa quae tractavimus mythica, quatenus certe e reliquiis id colligi potest; primus adeo videtur epici carminis naturam lyrae adaptasse rhythmis variis: sed quo magis posteri lyrici a singulari illo genere colendo abstinuere, tanto minus veri est simile de eo hic esse sermonem. Admittebatur autem *ὕμνος* vox et ampliore sensu et strictiore: audi Didymum in Etym. Magn. V. *ὕμνος· κεχώρισται ἐγκωμίων καὶ προσῳδίων καὶ ἐπαίνων* [l. *παιάνων*] *οὐχ ὡς κἀκείνων μὴ ὄντων ὕμνων· γράφεται δὲ ὕμνος προσῳδίας* [l. *προσῳδίου*], *ὕμνος ἐγκωμίου, ὕμνος παιᾶνος· καὶ τὰ ὅμοια διαστέλλεται ὡς εἴδη ἀπὸ γένους. ἀλλὰ* [*καὶ* adde] *ἀντιδιαστέλλονται· προσῴδια γὰρ Ἀθηναῖοι προσιόντες ναοῖς ἢ βωμοῖς πρὸς αὐλὸν ᾖδον, τὸν δὲ ὕμνον* [*ἑστῶτες* adde e seqq.] *πρὸς κιθάραν. οὕτω Δίδυμος ἐν τῷ περὶ λυρικῶν ποιητῶν.* Adde eundem ibid. s. v. *προσῳδίαι* [l. *προσῴδια*]· *παρὰ τοῦ προσιόντας ναοῖς ἢ βωμοῖς πρὸς αὐλὸν ᾄδειν· διὰ* [l. *διαφέρουσι*] *δὲ τῶν ὕμνων· ὅτι τοὺς ὕμνους πρὸς κιθάραν ἑστῶτες ᾄδουσιν. οὕτω Δίδυμος κ. τ. λ.* Jam vero ampliore illo

[1]) Strom. l. I. pag. 308. Sylb.

significatu vocem nostro loco non esse adhibitam concedes: et vehementer erramus aut indicatur laude illa triadis lyricae [2]) inventio, quippe quae arctissime cum hymnis ad aras docendis cohaereret, et chori saltantium rationem et naturam prorsus commutaret: ut nomen adeo novum ex nova arte obtinuerit [3]). In Didymi verbis modo illud ἑστῶτες ne ita intelligas, quasi sine chori motu hymni cantati sint: antecedenti tantum προσιόντας oppositum est, et significat *in ipso templo*, *in ipso arae loco.* E triade illa stropha potius et antistropha certis quibusdam chori tractibus ducebantur: epodas tantummodo in locis fixi decantabant. Unde colligas prosodia, ut quae ab euntibus canerentur, epodas non habuisse, nec magis parthenia, singulare eorum genus: et utrumque, ut obvium inter Alcmanis carmina, ita a Stesichoro spernebatur [4]). — Res quidem est difficillima, varia lyricae poesis genera accurate discernere: nec tamen fidem derogaverim iis quae auctor Etym. Gud. tradit s. v. ὕμνος· ἐγκωμίου διαφέρει, καθὸ ὁ μὲν ὕμνος ἐπὶ θεοῦ λέγεται, τὸ δὲ ἐγκώμιον ἐπὶ ἀνθρώπου: et dein: ὕμνος ἐστὶν ὁ μετὰ προσκυνήσεως καὶ εὐχῆς κεκραμένης ἐπαίνῳ λόγος εἰς θεόν. σημαίνει καὶ ἐπιθαλάμιον ᾆσμα, κ. τ. λ. Quae si vera sunt, carmen illud quod Παλλάδος ἐγκώμιον Suchfortius et Blomfieldius appellavere [5]), *hymnus* nuncupari debuit, *Palinodia* contra in Helenae laudem confecta ad *encomia* potius referri.

Epithalamii Stesichorii fertur titulus [6]), sed verbis dubiis: potest enim ut de primo Helenae carmine nuptiali,

---

[2]) Vide Diss. sect. X. not. 12.

[3]) Suid. in vita: Ἐκλήθη δὲ Στησίχορος, ὅτι πρῶτος κιθαρῳδίᾳ χορὸν ἔστησεν: quo de loco cf. Diss. sect. X. init.

[4]) Cf. nos in Prooem. C fin.; de Alcmane Welcker. pag. 10 sq.

[5]) Fr. XCVII.: ᾆσμα tantummodo apud veteres scriptores appellatur.

ita de primo omnino apud Graecos hymenaeo sermo esse: sed alterum illud est verisimilius. Ad *Helenae encomium* id videtur pertinuisse [6]): ut ejusdem generis dicas speciem esse epithalamia [7]).

Jam ut ad propriam Stesichori hymnorum respiciamus naturam et rationem, scripserat Pindarus quoque hymnorum librum singularem, hac re fortasse Stesichori dissimilis [8]), quod saltationem non admisisse videtur. Stesichorios quoque hymnos fabulis repletos fuisse, ut Pindaricos, et ex Homericis hymnis, quos Noster haud dubie imitatus est, potest colligi, et ipsae passim suadent reliquiae.

Paeanes denique Nostro adscribuntur [9]): unus solummodo, si genuina est lectio. Docet Servius ad Virgilium [10]), „Paeanes continere proprie Apollinis laudes, „quod ibi congruat propter lauri nemus: abusive omnium „deorum." Idem alio loco [10]): „Paean proprie Apollinis „laus est, sed abusive etiam aliorum dicitur: unde Pin„darus opus suum, quod et hominum et deorum laudes

---

6) Cf. fr. LI.

7) Cf. postrema illa Etym. Gud. verba modo laudata. E contrario etiam Alcman *ὑμνητὴρ ὑμεναίων* appellatus est a Leonida Tarent. (Jac. Anthol. T. I. pag. 311.), quippe quod viri docti censuerint dictum esse pro *ὕμνων:* cf. Welcker. ad Alcm. pag. 9. not. 8.

8) Quatenus colligere licet ex insignibus duobus fragmentis apud Pausan. obviis IX, 23, 2. 16, 1. *Non omnes hymnos saltatione comitatos fuisse*, tradit Quintilianus, VIII, 6. pag. 412. Gesn, firmat disertis verbis Athen. XIV. pag. 631, D. *τὸν δὲ ὕμνον οἱ μὲν ὠρχοῦντο, οἱ δὲ οὐκ ὠρχοῦντο.* De Pindaro idem suspicatus est Boeckh. in Prooem. ad frgmm. Paean. T. II. P. II. pag. 559. ed. Pind.: „complexi sunt hoc nomiue ea po„tissimum, ut videtur, carmina grammatici, quae a stantibus „ad citharam canebantur."

9) V. fr. LI.

10) Ad Aen. VI, 656. et X. 738.

„continet, Paeanas vocavit." Congruit Proclus [11]): *Ὁ δὲ παιάν ἐστιν εἶδος ᾠδῆς εἰς πάντας νῦν γραφόμενος θεούς, τὸ δὲ παλαιὸν ἰδίως ἀπενέμετο τῷ Ἀπόλλωνι καὶ τῇ Ἀρτέμιδι ἐπὶ καταπαύσει λοιμῶν καὶ νόσων ᾀδόμενος* [12]). *καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ προσόδιά τινες παιᾶνας λέγουσι.* Pindarus carmen aliquod in Jovem Dodonaeum Paeanem appellavit: sed Apollini ipsi plurimos oblatos esse facile concedas Boeckhio [13]): multo magis igitur consentaneum erit Stesichorum antiquiorem illum modum secutum esse. Commodum est in hanc rem quod apud Athenaeum [9]) narratur, nautas illum paeanem post coenam cecinisse in nave, cum Phrynichi aliis et Pindari: neque igitur necesse erat eos saltare, neque in alium atque tutorem illum bonae valetudinis Apollinem videntur sonavisse. Post coenam vel post sacra facta paeanes cantatos esse etiam aliunde constat [14]).

Nobis autem, utut haec sint, quae de hymnorum, prosodiorum, epithalamiorum, paeanum aliorumque lyricae poesis generum discriminibus nondum satis innotuerunt, nunc solatium dedere ingeniosa F. Thierschii verba [15]), quibus contendit omnia illa deos, heroas, civitates, viros laudibus cumulasse, simili fere ingenio et ratione composita, apta cum dignitate, aptaque mimorum et musicorum artibus, sive ad convivalia festa sive in sacris lucis scenisve canerentur.

---

[11]) Ap. Phot. pag. 523.

[12]) Eadem Etymol. Magn. s. voc. *παιὰν* exhibet.

[13]) Ad frgm. Pind. paean. pag. 567 sq.

[14]) Virg. Aen. VI, 656 sq.

Conspicit ecce alios dextra laevaque per herbam,
Vescentes, laetumque choro paeana canentes.

Adde Hesych. s. voc. *τελεσιγέρων* (lege *τελεσίερος*, sc. *παιὰν*).

[15]) Introduct. in Pind. T. I. pag. 141.

Παλινῳδία εἰς Ἑλένην.

De carmine hoc, quatenus occoecationem tangit, jam supra a nobis expositum est (Diss. sect. VII.): vidimusque ibidem, causas eum in ipso carmine aperuisse, quibus ad id scribendum impulsus sit: quapropter de causis illis notiunculas ipsis his fragmentis inseruimus. Minus autem huc faciebant Crotoniensium et Himerensium fabulae illo loco exhibitae.

XLIV.

1. *Platon. Phaedr.* pag. 243, A. *Ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ᾔσθετο, Στησίχορος δέ. Τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν ὥσπερ Ὅμηρος, ἀλλ' ἅτε μουσικὸς ὢν ἔγνω τὴν αἰτίαν καὶ ποιεῖ εὐθύς· οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος· οὐ γὰρ ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας. Ποιήσας δὴ πᾶσαν τὴν καλουμένην παλινῳδίαν παραχρῆμα ἀνέβλεψεν.*

2. *Maxim. Tyr.* Diss. XI. init. pag. 320. Davis. *Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος* [a]), *λέγει που τῶν αὐτοῦ ᾀσμάτων ὁ Ἱμεραῖος ποιητής, ἐξομνύμενος τὴν ἔμπροσθεν ᾠδήν, ἐν ᾗ περὶ τῆς Ἑλένης εἰπεῖν φησιν οὐκ ἀληθεῖς λόγους· ἀναμάχεται οὖν ἐπαίνῳ τὸν ἔμπροσθεν ψόγον, κ. τ. λ.*

3. *Athen.* XI. pag. 505, B. *Ὁ δὲ καλὸς Πλάτων, μονονουχὶ εἰπών· οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος* [b]), *ἐγκώμια αὐτοῦ διεξέρχεται, κ. τ. λ.* Sermo est de Menone in Xenophontis Anabasi culpato.

4. *Philostrat. vit. Apollon.* VI, 6. pag. 278. Morell. *Ἀλλ' εἰ μέν τις* [c]) *καὶ ὑμᾶς ἔχει σοφία Ἱμεραίου ἀνδρός, ὃς, ᾄδων ἐς τὴν Ἑλένην ἐναντίον τῷ προτέρῳ λόγῳ, παλινῳδίαν αὐτὸν ἐκάλεσεν· οὐκ ἔστιν ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, κ. τ. λ.*

5. Cic. ad Att. IX, 12. *Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος*, ut opinor, ille de ratibus.

[a]) *λόγος οὗτος*, nescio unde, edidit Blomfield.

[b]) *ὁ λόγος*, absque *οὗτος*, Msc. epit.

[c]) *εἰ μέν τις ὑγιῶς* edebatur.

Versus ita restitue:

Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος·
Οὐ γὰρ ἔβας νηυσὶν ἐν εὐσέλμοις,
Οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας.

– ⏑ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏑ ⏑
– ⏑⏑ – – ⏑⏑ ⏑ – –
– ⏑ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏑ ⏑

Anapaesticus est dimeter, praeeunte et insequente clausula catalectica [1]). — Verborum ut intelligas nexum puta a fronte haec fere deesse: *Impie Te Helenam quondam culpavi, sed falsa sunt haec*, etc. Non inique autem, ut ad *Ἰλίου πέρσιν* rursus revertar, poetam putares, quas h. l. negat res ante narratas, eas ipsis illius carminis verbis repetiisse [2]).

XLV.

1. *Tzetz. ad Lycophr.* pag. 16, B. Pott. *Λέγουσι γὰρ ὅτι διερχομένῳ Ἀλεξάνδρῳ δι' Αἰγύπτου* [a]) *Πρωτεὺς Ἑλένην ἀφελόμενος εἴδωλον Ἑλένης αὐτῷ δέδωκε, καὶ οὕτως ἔπλευσεν ἐς Τροίαν, ὥς φησι Στησίχορος·*

XLIV. [1]) Spondeorum nisi gravitas nos offenderet, dactylos edidissemus hosce praeposita anacrusi:

Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος·
Οὐ γὰρ ἔβας ἐν νηυσὶν
Εὐσέλμοις, οὐδ' ἵκου
Πέργαμα Τροίας.

Blomfield. inde a versu 2 ita dedit: *οὐ γὰρ ἔβας ἐν νηυσὶν ἐὔσέλμοις, οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας.*

[2]) Ut priori quoque illi carmini hos fere adscribas dactylos: *νηυσὶν ἐν εὐσέλμοισιν ἔβα τε καὶ ἵκετο Πέργαμα Τροίας.*

Τρῶες [b]), *οἳ τότ' ἔσαν* [c]) *Ἑλένας* [d]) *εἴδωλον ἔχοντες.*

[a]) Legebatur *ὡς Πρωτεύς;* irrepserat particula ex insequentibus fortasse *ὥς φησι Στης.*

[b]) Obelum h. l. posuit Blomfieldius: nobis finis prioris versus esse videtur, insequente pentametro dactylico catalectico.

[c]) Ursinus *ἴσσαν* edidit: *ἴσαν* certe bene ferri possit. Brevis syllaba in fine vocis neminem offendet: digamma enim habuit *Ἑλένη* [1]).

[d]) *Ἑλένης* legebatur.

2. *Aristid. orat.* T. III. pag. 92. Jebb. *Ὥσπερ οἱ Στησιχόρου Τρῶες οἱ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ἔχοντες ὡς αὐτήν.*

3. *Platon. Republ.* IX. pag. 586, C. *Καὶ περιμαχήτους εἶναι, ὥσπερ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ Στησίχορός φησι γενέσθαι περιμάχητον, ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθοῦς.*

4. *Dio Chrysost. orat.* XI. pag. 162, A. Morell. *Καὶ τὸν μὲν Στησίχορον ἐν τῇ ὕστερον ᾠδῇ λέγειν (φασὶ), ὅτι τὸ παράπαν οὐδὲ πλεύσειεν ἡ Ἑλένη οὐδαμόσε· ἄλλοι δέ τινες, ὡς ἁρπασθείη μὲν Ἑλένη ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου, δεῦρο δὲ παρ' ἡμᾶς εἰς Αἴγυπτον ἀφίκετο.*

Contraria legimus apud *Schol. Aristid. orat.* pag. 226, C. (pag. 56 ed. Frommel.). *Εἰς Στησίχορον αἰνίττεται· λέγει γὰρ ἐκεῖνος, ὅτι ἐλθὼν ὁ Ἀλέξανδρος ἐπὶ ταύτης τῆς νήσου τῆς Φάρου ἀφηρέθη παρὰ τοῦ Πρωτέως τὴν Ἑλένην καὶ εἴδωλον αὐτῆς ἐδέξατο. Apogr. Monac. ap. Frommel. Στησίχορος ἐν τῇ ποιήσει λέγει, ὡς ἡρπακὼς*

XLV. [1]) Testatur Tryphon. *παθ. λεξ.* §. 10. Mus. Crit. *Προστίθεται τὸ δίγαμμα παρά τε Ἴωσι καὶ Αἰολεῦσι, καὶ Λάκωσι καὶ Βοιωτοῖς, οἷον ἄναξ Fάναξ, Ἑλένα Fελένα.* Adde quos laudat Thiersch. Gramm. gr. §. 153, 22.

τὴν Ἑλένην Ἀλέξανδρος καὶ διὰ τῆς Φάρου ἐρχόμενος ἀφῃρέθη μὲν ταύτην παρὰ Πρωτέως, ἔλαβε δὲ ἐν πίνακι τὸ εἴδωλον αὐτῆς γεγραμμένον, ἵνα ὁρῶν παραμυθοῖτο τὸν αὐτοῦ ἔρωτα. Verum aut egregie fallimur, aut fides omnino scholiastae deroganda est: quomodo enim, si navem non conscendit Helena [2]), Aegyptum potuit visere? Nec magis ex *Helenae vituperio* sive *Trojae excidio* desumta esse ista possunt: in illo enim poeta Homericam prorsus narrationem erat secutus [3]). Quae tam perspicua sunt, ut vix opus sit testem addere Herodotum: quippe asseverat ille [4]), se ex Aegyptorum sacerdotibus audivisse illas de Helena fabulas, Stesichori, cujus tamen carmina haud dubie legerat, ne verbo quidem meminit. Liquet autem ex fragmentorum collatione, finxisse poetam in Palinodia, *imaginem Helenae a Paride inscio Trojam Lacedaemone fuisse abductam.* Confudit haec Aristidis scholiasta cum Herodoti de Proteo narratione, et male sic mixta Stesichoro tribuit.

XLVI.

Athen. III. pag. 81, D. *Κυδωνίων δὲ μήλων μνημονεύει Στησίχορος ἐν Ἑλένῃ οὕτως· Πολλὰ μὲν* [a]) *κυδώνια μᾶλα ποτερρίπτουν* [b]) *ποτὶ δίφρον ἄνακτι, πολλὰ δὲ μύρρινα* [c]) *φύλλα, καὶ ῥοδίνους στεφάνους* [d]), *ἴων τε κορωνίδας οὔλας.*

[a]) *μὲν* expunxit Blomfieldius.

[b]) *τότ' ἐρρίπτουν* fortasse scribendum esse non male suspicatur Blomfieldius: suadet idem Pindarus, Stesichorum ut videtur imitatus, fragm. Dithyr. III. v. 15 sq. Boeckh.

τότε βάλλεται, τότ' ἐπ' ἀμβρόταν χέρσον ἐραταὶ
ἴων φόβαι ῥόδα τε κόμαισι μίγνυται.

---

[2]) Vide fr. XLIV, 1. ex Palinodia ap. Platon. servatum.

[3]) Vide nos ad fr. XLIV. in fine: cf. fr. XIX. ex *Ἰλίου Πέρσιδι.*

[4]) II, 113 sqq.

[c]) μύρεινα Msc. A. ap. Schweigh.

[d]) στεφάνους vocem, omissam in ed. Ven. et Bas., e Msc. addiderunt H. Steph. et Casaub.

Versus sunt trimetri dactylici catalectici, basi trochaica duplici praefixa:

Πολλὰ μὲν κυδώνια μᾶλα τότ' ἐρρί-
πτουν ποτὶ δίφρον ἄνακτι,
πολλὰ δὲ μύῤῥινα φύλλα,
καὶ ῥοδίνους στεφάνους, ἴ-
ων τε κορωνίδας οὔλας.

Ut autem liceat cum Blomfieldio vocem μὲν omittere, conjunctus versus primus et secundus heptameter esset legitimus. —

De rebus nuptialibus, ipsiusque fortasse Menelai, esse sermonem, jam supra (Diss. sect. X. not. 9.) monuimus.

XLVII.

Athen. X. pag. 451, D. *Καὶ Στησίχορος δὲ, ἐν Ἑλένῃ, λιθαργύρεον ποδονιπτῆρα ἔφη.*

De vocis ποδονιπτὴρ scriptura confer Lobeckium in Parergis ad Phrynichum pag. 689.

XLVIII.

Horat. Epod. XVII, 42 sqq.

Infamis Helenae Castor offensus vice
Fraterque magni Castoris, victi prece,
Ademta vati reddidere lumina: etc.

Liquet poetam apostrophe ad Dioscuros facta veniam ex iis precatum esse eorum quae in sororem peccaverit.

XLIX.

Quibusnam incitamentis poeta ad conficiendam Palinodiam commotus fuerit, multi scriptores narrant: quos deinceps addere liceat.

1. *Suidas* v. *Στησίχορος· — Φασὶ δὲ αὐτὸν γράψαντα ψόγον Ἑλένης τυφλωθῆναι, πάλιν δὲ γράψαντα*

Ἑλένης ἐγκώμιον ἐξ ὀνείρου, τὴν παλινῳδίαν, ἀναβλέψαι. Emendatum dedimus locum: vide Diss. sect. I.

2. *Isocrat. Helen. encom.* pag. 218, D. Cant. *Ἐπεδείξατο δὲ καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ τὴν αὐτῆς δύναμιν. Ὅτε μὲν γὰρ ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς, ἀνέστη τῶν ὀφθαλμῶν ἀπεστερημένος· ἐπειδὴ δέ, γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς, τὴν παλινῳδίαν ἐποίησε, πάλιν αὐτὸν ἐς τὴν αὐτὴν φύσιν κατέστησε.* Ad Isocratis verba spectat

3. *Schol. Aristid. orat.* pap. 246, D. (pag. ed. Frommel.). *Παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τοὺς τἀναντία ποιοῦντας τοῖς πρόσθεν, ἀπὸ Στησιχόρου τοῦ Ἱμεραίου, ποιήσαντος μὲν ψόγον εἰς τὴν Ἑλένην καὶ διὰ τοῦτο τυφλωθέντος, μετὰ ταῦτα δὲ ἔπαινον ᾄσαντος καὶ ἀπειληφότος τοὺς ὀφθαλμούς, ὡς Ἰσοκράτης φησὶν ἐν τῷ τῆς Ἑλένης ἐγκωμίῳ.* Brevius memorat *Apogr. Monac*, jam ab Ursino pag. 307. vulgatum: *Παλινῳδίαν ᾗδε· παροιμία ἐπὶ τῶν τὰ ἐναντία ἑαυτοῖς ποιούντων, ἀπὸ Στησιχόρου τοῦ Ἱμεραίου.* Deest *τὰ* ap. Urs.

4. *Irenaeus adv. haeres.* I, 23. pag. 99. Massuet. „Helena, propter quam Trojanum contractum est bellum: „quapropter et Stesichorum, per carmina maledicentem „eam, orbatum oculis: post deinde poenitentem et scri„bentem eas quae vocantur palinodias, in quibus hymniza„vit eam, rursus vidisse."

5. *Schol. Cruq. ad Horat. Epod.* XVII, 42. „Ste„sichorus, poeta Graecus, scripsit Helenae vituperationem, „quare irati Castor et Pollux illi lumina ademerunt: sed „postea monitus Stesichorus illius laudem decantavit, „quare oculos iterum illi reddiderunt."

6. *Schol. Cruq. ad Horat.* Od. I, 16, 28. „In hac „oda imitatus est Stesichorum poetam Siculum, qui quod „vituperationem scripserat Helenae, occoecatus est: sed

„postea Apollinis responsu laudem ejus scripsit, et visum „recepit."

Minus inter se congruere videntur illae adnotatiunculae: alius enim somnio, alius Apollini indicatam medelae viam tribuit, Helenam hi, illi Dioscuros dicunt placandos fuisse. Nobis autem nil obstare videtur quin statuamus, Stesichorum in carmine locutum esse de nocturno Apollinis viso. Fratres autem Helenae tam inclytos piaculis aeque adire necessarium adeo erat. Nec vero Plato audiendus est, ad doctrinam de musices vi et indole firmandam quum philosophicam exhibet explicationem (fr. XLIV, 1.), et multo minus Crotoniensium ista et Himerensium fabula (laudata Diss. sect. VII. init.): quippe quam gentilium esse figmentum, nec alio quoquam teste probatam, ipsa narrantium verba ostendunt.

L.

Breviorem Palinodiae mentionem hi loci faciunt:

1. *Lucian. Ver. histor.* II, 15. Tom. II. pag. 113. Reitz. *Ἐξάρχουσι δὲ* (chori ad Elyseorum camporum coenas instructi) *Εὔνομός τε — καὶ Στησίχορος· καὶ γὰρ καὶ τοῦτον παρ' αὐτοῖς ἐθεασάμην, ἤδη τῆς Ἑλένης αὐτῷ διηλλαγμένης.*

2. *Lucian. pro. imag.* Tom. II. pag. 22. Graev. et Gronov. *Πότερα δ' οὖν ἐθέλεις ἀγαπήσας τοῖς ἐγνωσμένοις ἡσυχίαν ἄγω, ἢ κατὰ τὸν Ἱμεραῖον ποιητὴν παλινῳδίαν τινὰ συγγράψω;*

3. *Platon. epist.* III. fin. — *τὸ μετὰ τοῦτο ἡγησάμενος εἶναι σοφὸν τὸν Στησίχορον, τὴν παλινῳδίαν αὐτοῦ μιμησάμενος, ἐκ τοῦ ψεύδους εἰς τὸν ἀληθῆ λόγον μετάστηθι.*

4. *Aristid. orat.* Tom. I. pag. 462. Steph. *Νῦν δ' ὥρα μοι τὸν Στησίχορον μιμήσασθαι τῇ παλινῳδία. Τοσοῦτον δὲ τοῦ Στησιχόρου διοίσειν μοι δοκῶ· ὁ μὲν*

γὰρ, ἀνθ' ὧν κακῶς εἶπε τὴν Ἑλένην, ἀντὶ τούτων ὕμνησε τὰ δεύτερα. ἐγὼ δὲ κ. τ. λ.

5. *Id. ibid.* Tom. III. pag. 466. — ἑτέρωθι δὲ καὶ καθάπαξ ἐγκωμιάζων, καὶ τὸν Στησίχορον μιμούμενος τῇ παλινῳδίᾳ.

6. *Id. ibid.* Tom III. pag. 519. Εἴτε γάρ τι ἡμῖν λελήρηται, οὐδὲν δεῖ τῆς Στησιχόρου παλινῳδίας, ἀλλὰ σπογγίᾳ ἰάσεται.

7. *Firmus Caesariens. epist.* XXXVII. (in Muratori anecd. pag. 314.). Ἔοικα γὰρ τὴν Στησιχόρου παλινῳδίαν ᾄδειν, ἐκεῖνα ποθῶν, ὧν πρότερον κ. τ. λ.

8. *Etym. Magn.* voc. Παλινῳδία· ᾠδὴ τῇ προτέρᾳ ἐναντία, ἢ δόγμα ἀνόμοιον τοῖς πρώην, οἷον· ἀλλὰ πειράθητι τὰ κατὰ Στησίχορον παλινῳδίαν ᾄσαι.

9. *Galen. de venae sect.* T. IV. pag. 8. Basil. Ὥστε κατὰ τὸν Στησίχορον ἔοικα δεήσεσθαι παλινῳδίας τινός, ἐν ᾗ παρακαλέσω τοὺς ἄνδρας ἐπὶ μὲν τῶν κατὰ τοὺς λόγους διατριβῶν ἐρίζειν εἰς ὅσον βούλονται, κ. τ. λ.

Ἐπιθαλάμιον Ἑλένας.

LI.

Schol. Theocr. Idyll. XVIII. init. Ἐπιγράφεται τὸ παρὸν εἰδύλλιον Ἑλένης ἐπιθαλάμιον· καὶ ἐν αὐτῷ τινα εἴληπται ἐκ τοῦ πρώτου Στησιχόρου Ἑλένης ἐπιθαλαμίου.

Duplicem, vidimus [1]), illud πρώτου admittit explicationem; nisi neminem omnino ante Stesichorum crederemus res nuptiales carmine celebrasse: id quod aliis quoque visum esse legimus [2]). Aut vero scholiasta partem Palinodiae ex argumenti ratione illo titulo laudavit, aut

---

LI. [1]) Proem. not. 6.

[2]) Alexander Sardus, De rerum inventione pag. 48. epithalamiorum inventionem Nostro tribuit, teste Mongitorio in vit. Stesich.

carmen in connubii illius laudem poeta seorsim decantavit. Magis quidem prius illud arridet: non facile enim Athenaeus carmen, cujus dedit fragmenta [3]), simpliciter *Ἑλένην* nuncupasset, si praeterea etiam *Epithalamium Helenae* notum fuisset. E pluribus partibus aliquo modo inter se conjunctis odam constitisse, vel ex Cononis quoque verbis colligas [4]): *Στησιχόρῳ Ἑλένη κελεύει τὴν ἐς αὐτὴν ᾄδειν, εἰ φιλεῖ τὰς ὄψεις, παλινῳδίαν· Στησίχορος δ' αὐτίκα ὕμνους Ἑλένης συντάττει, κ. τ. λ.*

Παιᾶνες.

LII.

Timaeus histor. ap. Athen. VI. pag. 250, B. (De Democle Dionysii secundi assectatore): *Ἔπειτα πρεσβεύσας ποτὲ μεθ' ἑτέρων ὡς τὸν Διόνυσον, καὶ πάντων κομιζομένων ἐπὶ τριήρους, κατηγορούμενος ὑπὸ τῶν ἄλλων, ὅτι στασιάζει κατὰ τὴν ἀποδημίαν, καὶ βλάπτει τοῦ Διονυσίου τὰς κοινὰς πράξεις, καὶ σφόδρα τοῦ Διονυσίου ὀργισθέντος, ἔφησε· τὴν διαφορὰν γενέσθαι αὐτῷ πρὸς τοὺς συμπρέσβεις, ὅτι μετὰ τὸ δεῖπνον ἐκεῖνοι μὲν τὸν* [a]) *Φρυνίχου καὶ Στησιχόρου, ἔτι δὲ Πινδάρου παιᾶνα τῶν ναυτῶν* [b]) *τινας ἀνειληφότες ᾖδον· αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν βουλομένων τοὺς ὑπ' αὐτοῦ Διονυσίου πεποιημένους διεπεραίνετο.*

[a]) fortasse *τῶν* reponendum est: non enim verisimile, unum solummodo singulos poëtas edidisse.

[b]) „*τῶν ναυτῶν τινες* Msc. A. ubi *τινας* forsan suspiceris oportuisse: *adscitis nautarum nonnullis.*" Sic Schweighaeuserus, quem probamus omnino: opposita enim inter se verba *ἐκεῖνοι μὲν — τῶν ναυτῶν τινας ἀνειληφότες* et *αὐτὸς δὲ — μετὰ τῶν βουλομένων.*

---

[3]) Laud. fr. XLVI. et XLVII. Cf. nos ad fr. XLVI.

[4]) L. c. Diss. sect. VII. not. 3. Integrum exhibere locam parum fructuosum erat.

LIII.

1. *Plin. hist. nat.* II, 12. sect. 9. „— misera homi„num mente in defectibus scelera aut mortem aliquam „siderum pavente: quo in metu fuisse Stesichori et Pin„dari vatum sublimia ora palam est *deliquio solis.*"

2. *Plutarch. de fac. in orbe lunae*, pag. 931, E. *Οὗτος Μίμνερμον ἐπάξει καὶ τὸν Ἀρχίλοχον, πρὸς δὲ τούτοις Στησίχορον καὶ τὸν Πίνδαρον ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν, ὁλοφυρομένους ἄστρον ὑπέρτατον* [a]) *κλεπτόμενον, καὶ μέσῳ ἄματι* [b]) *νύκτα γενομέναν* [b]), *καὶ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου σκότους ἀτραπὸν φάσκοντας.*

[a]) Legebatur *ὁλοφυρομένους τὸν φανερώτατον κλεπτόμενον κ. τ. λ.* Nos Boeckhii emendationem (ad Pind. fr. 74. T. II. P. II. pag. 601.) dedimus, e Dionys. Halicarn. (T. II. pag. 273.), Philostrato (epist. 72. pag. 949.), et Schol. Arat. (Phaenom. vs. 10.) satis probatam.

[b]) Vulgaris olim lectio *ἅμα* erat, et mox *γινόμενον:* utramque jam alii correxerunt.

Pindarici carminis insignis servatur pars apud Dionysium l. c.; quae si legeris, contulerisque cum illis quae de paeanibus nos supra ex Proclo imprimis et Etym. Magn. afferebamus, nullus dubito quin lubenter haec quoque ad idem illud genus referas.

C.

Erotica carmina. Scolia.

Liceat de eroticis Stesichori carminibus sermonem instituere, ut de genere hoc subobscuro sed insigniter a Graecis culto, quatenus id noster exercuerit, res ad liquidum

perducatur. Tradit autem Athenaeus [1]): *Καὶ Στησίχορος δὲ, οὐ μετρίως ἐρωτικὸς γενόμενος, συνέστησε καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τῶν ᾀσμάτων, ἃ δὴ καὶ τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο παιδιὰ καὶ παιδικά.* Quae verba Schweighaeuserus in indice sic explicat: „Stesichorus ludicrarum et „amatoriarum cantilenarum princeps auctor: sic enim in„telligendum videtur verbum *συνέστησε*." Sed errat V. D. si inventorem illius generis Stesichorum fuisse putat; vix enim vetustissimo adeo fere cuique poetarum, ut Orpheo, Thamyri, aliis, veteres scriptores illius poëseos inventionem tribuissent [2]): removet omnem dubitationem Alcman, qui multis annis ante Nostrum floruit. De eo enim Archytas Harmonicus apud Athenaeum [3]): *Ἀλκμᾶνα γεγονέναι τῶν ἐρωτικῶν μελῶν ἡγεμόνα, καὶ ἐκδοῦναι πρῶτον μέλος ἀκόλαστον, κ. τ. λ.* et Suidas vit. Alcm.: *καὶ ὢν ἐρωτικὸς πάνυ, εὑρετὴς γέγονε τῶν ἐρωτικῶν μελῶν.* Genus illud carminum eum exercuisse, ipsa fragmenta etiam hodie ostendunt [4]). Debebat itaque illud *συνέστησε* potius, *composuit*, verti. Constat quidem apud Locrenses Epizephyrios id genus cultum fuisse [5]), nec desunt qui eam compositionem Stesichoro testentur. Sic Eupolis apud Athenaeum [6]):

C. [1]) Lib. XIII. pag. 601, A.

[2]) Confer quos laudat van Stavern ad Hygin. Poet. Astronom. II, 7. in fine, et interpr. ad Aelian. Var. histor. XIII, 5.

[3]) Lib. XIII. pag. 600, F.

[4]) V. c. fr. XXVI. XXVII. Cf. Welker. pag. 8. not. 7.

[5]) Quam in rem, ut brevis sim, vide quae de Athenaei locis (VII. pag. 321, F. XIV. pag. 639, A. XV. pag. 697, B.) aliisque disputat Boeckh. in comment. ad Pind. Ol. X.

[6]) Lib. XIV. pag. 638, E. Legebatur *τ' ἀρχαῖον ἀείδειν· κεῖνος νυκτέριν' εὕρε μοιχοῖς ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι κ. τ. λ.* Versus sunt dimetri anapaestici, subjunctis iambicis tetrapodiis catalecticis, quorum schema:

$$\overline{\cup\cup} \perp \overline{\cup\cup} - \overline{\cup\cup} \perp \overline{\cup\cup} - \bar{\cup} \perp \cup - \cup - \bar{\cup}$$

Festinantius eos tractavit Welcker. ad Alcman. pag. 8 sq.

Τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τ' ἀείδειν
Ἀρχαῖον· κεῖνος νυκτέριν' εὗρ' ἀείσματ' ἐκκαλεῖσθαι
Μοιχοῖσι γυναῖκας, ἔχοντας ἰαμβύκην τε καὶ τρίγωνον.

Ad Gnesippum *παιγνιογράφον* illud *κεῖνος* spectare ipse Athenaeus monet; primum versum bene vertit Jacobs. ad h. l. [7]): *Stesichori et Alcmanis et Simonidis carmina canere jam antiquum est*, i. e. nemo jam illa canit. Ad easdem fortasse amatorias Stesichori cantilenas spectat Lucianus [8]): *Οἱ μὲν οὖν χοροὶ* (ad coenas beatorum in Elyseis campis instructi) *ἐκ παίδων εἰσὶ καὶ παρθένων· ἐξάρχουσι δὲ καὶ συνᾴδουσι Εὔνομός τε ὁ Λοκρὸς, καὶ Ἀρίων ὁ Λέσβιος, καὶ Ἀνακρέων, καὶ Στησίχορος· κ. τ. λ.*

Non vero nos credimus, solutissimo eas et lasciviore Aeolensium vel Anacreontis modo et ratione confectas fuisse: suspicamur potius, hoc quoque genus cum reliquis epicam magis quam lyricam speciem retulisse. Aetatem tulit argumentum cantilenae Stesichori *Calyce* inscriptae [9]), qua narrabatur irritus amor flebilisque mors sponte quaesita puellae cujusdam: quod carmen inter amatoria quin numeres nullus dubito [10]). Jam vero liquet aperuisse poetam non sui ipsius ibi, sed alieni animi motus, id quod epicae potius quam lyricae poesi proprium est: epodicam

---

primam enim *τοῦ ἀρχαῖον* corripit, *τοῦ ἀείδειν* producit, *μοιχοῖς* ut glossam exterminat.

7) Animadv. ad. Athen. pag. 338.

8) Ver. histor. II, 15. Cf. fr. L, 1.

9) Laud. fr. LIV.

10) *Partheniorum* licet generi illud carmen cum similibus videatur adscripsisse Athen. XIV. pag. 619, F. Welcker. addend. ad Alcm. pag. 10. l. 12.

licet horum quoque carminum formam Suidae [11]) facile concedam. Servatae in erotico genere dignitatis testem fortasse admittes Dionem Chrysostomum [12]): *Οὐδέ γε ᾄδειν τὰ Σαπφοῦς ἢ Ἀνακρέοντος ἐρωτικὰ μέλη πρέπον ἂν εἴη τοῖς βασιλεῦσιν· ἀλλ' εἴπερ ἄρα, τῶν Στησιχόρου μελῶν, ἢ Πινδάρου, ἐὰν ᾖ τις ἀνάγκη· τύχον δὲ καὶ πρὸς τοῦτο ἵκανος Ὅμηρος.* De Symposiis sermonem esse h. l., suadet Hesych. s. voc. *τριὰς Στησιχόρου· ἔθος ἦν παρὰ πότον ᾄδεσθαι, ὡς καὶ τὰ Ὁμήρου*: credasque ad *scolia* haec respicere Stesichoria, de quibus scholiasta ad Aristophanem [13]) verbis hodie corruptis haec tradit: *Ἀρχαῖον ἔθος, ἑστιωμένους ᾄδειν ἀκολούθως τὸ πρῶτον, εἰ παύσαιτο τῆς ᾠδῆς. καὶ γὰρ ὁ ἐξάρχης δάφνην ἢ μυῤῥίνην κατέχων ᾖδε Σιμωνίδου ἢ Στησιχόρου μέλη, ἄχρις οὗ ἤθελε· καὶ μετὰ ταῦτα, ᾧ ἐβούλετο, ἐδίδου, οὐχ ὡς ἡ τάξις ἀπῄτει. καὶ ἔλεγεν ὁ δεξάμενος παρὰ τοῦ πρώτου τὰ ἑξῆς· κἀκεῖνος ἀπεδίδου πάλιν ᾧ ἐβούλετο. Διὰ τὸ πάντας οὖν ἀπροσδοκήτως ᾄδειν καὶ λέγειν τὰ μέλη, σκόλια εἴρηται, διὰ τὴν δυσκολίαν.* Possis autem aequo jure etiam alia carmina lyrica hoc loco intelligere in scoliorum vicem adhibita: nec alia adeo ratione scholium videtur explicandum esse [14]). De indole

---

11) Voc. *τριὰ Στησιχόρου*, laud. Sect. X. not. 12.

12) De regno Or. II. pag. 24, B. Morell.

13) Vesp. 1217. (cf. ad Nub. 1358.) Locum fortasse sanabis, verba *εἰ παύσαιτο τῆς ᾠδῆς* post *καὶ μετὰ ταῦτα* inserendo, locoque *τοῦ ἐξάρχης* reponendo *ἐξ ἀρχῆς* vel *ἔξαρχος*: vix enim crediderim *ἐξάρχης* vocem in vicem *τοῦ ἔξαρχος* alibi esse adhibitam. Probant emendationem aliorum de scoliorum ratione sententiae, ab Ilgenio collectae (Disquis. de scol. poes. pag. LXXXV. — XC.) e Suida (voc. *σκολιόν*), Athenaeo (XV. pag. 694.), Plutarcho (Sympos. Quaest. I, 1. pag. 615, B.).

14) Firmari haec videntur Ilgenii disquisitione doctissima de diversis cantilenarum convivalium generibus, cujus summam, omissis testibus, liceat apponere. Quippe docet, „initium ca-

autem et ratione et forma Stesichori scoliorum omne arbitrium nos suspendere aequum est: quamquam in scolia sive in carmina amatoria illa ad scoliorum leges cantata magnam certe partem pertinet poetae quae passim laudatur dulcedo et suavitas [15]). Alcmanis denique antecessoris lusus, quum maximam partem in partheniis versarentur [16]), a Stesichoriis non possunt non alieni fuisse. Denique autem, ut ad prooemii hujus summam et primarium finem revertamur, si revera Athenaeus supra laudatus [1]) tam effusi amoris carmina legit in Stesichoriis: quid obstat quin sequentium alicui ejusdem nominis poetae ea assignemus?

Καλύκα.

LIV.

1. *Athen.* XIV. pag. 619, D. *Ἀριστόξενος δὲ ἐν τετάρτῳ περὶ Μουσικῆς· ᾖδον, φησὶν, αἱ ἀρχαῖαι γυναῖκες Καλύκην τινὰ ᾠδήν. Στησιχόρου δ' ἦν ποίημα, ἐν ᾧ Καλύκη τις ὄνομα, ἐρῶσα Εὐάθλου νεανίσκου, σω-*

„nendi factum esse paeane, omnibus uno ore canentibus (pag. „CLII sqq.). Quo finito, convivator ei, qui primo loco ac„cumbebat, citharam tradebat, eumque jubebat aliquid canere. „Quibus jussis eum parere necesse erat. Primus ubi cecine„rat, tradebat citharum secundo, secundus tertio, usque dum „orbis novus inciperet. Si quis citharae imperitus erat, is „sine ea, solam myrtum manu tenens, canebat: effugium can„tus dabatur nullum. Canebantur Simonidis, Stesichori et „aliorum praestantissimorum, imprimis vero Anacreontis, „carmina, etc. (pag. CLV sqq.). Videntur etiam Homerica „carmina cantata esse (pag. CLVII.). Tertium genus sunt sco„lia. Per orbem et haec canebantur, sed serie interrupta, et „a doctioribus (pag. CLIX sqq.)." Videtur Scholiasta tertium hoc genus cum secundo confudisse.

15) V. C. Tzetz. Chil. IV, 141. V, 488. *ἁβρύνει Στησίχορος τοῖς μέλεσι.* Adde Christodor. Ecphras. vs. 125 sqq. laud. Diss. sect. VI, init.

16) Cf. Welcker. Alcm. pag. 10 sq.

φρόνως εὔχεται τῇ Ἀφροδίτῃ γαμηθῆναι αὐτῷ, ἐπεὶ δὲ ὑπερεῖδεν ὁ νεανίσκος, κατεκρήμνισεν ἑαυτήν· ἐγένετο δὲ τὸ πάθος περὶ Λευκάδα. Σωφρονικὸν δὲ πάνυ κατεσκεύασεν ὁ ποιητὴς τὸ τῆς παρθένου ἦθος, οὐκ ἐκ παντὸς τρόπου θελούσης συγγενέσθαι τῷ νεανίσκῳ, ἀλλ' εὐχομένης, εἰ δύναιτο, γυνὴ τοῦ Εὐάθλου γενέσθαι κουριδία, ἤ, εἰ τοῦτο μὴ δυνατὸν, ἀπαλλαγῆναι τοῦ βίου.

2. *Eustath. ad Hom.* pag. 1236. Ἦν δέ τις Καλύκη ᾠδή, Στησιχόρου ποίημα, ἐπί τινι Καλύκῃ κατακρημνισθείσῃ δι' ἔρωτα.

Aeoli filia fuisse videtur Calyce, Thessaliae regis [1]). Alia de virgine ferebatur Hesiodi fictio [2]): Τὸν δὲ Ἐνδυμίωνα Ἡσίοδος μὲν Ἀεθλίου τοῦ Διὸς καὶ Καλύκης [3]) παῖδα λέγει, κ. τ. λ. In Thessalia autem vixisse Stesichori Calycen, Leucas docet rupes: *Euathli* nomen ex *Aëthlio* Hesiodi videtur originem ducere. — Caeterum memorabile est, ad eundem illum locum Sapphus quoque mortem referri, ex simillima causa sponte quaesitam.

Ῥαδινά.

LV.

Strab. VIII. pag. 347, D. Καὶ ἡ Ῥαδινὴ, ἣν Στησίχορος ποιῆσαι δοκεῖ, ἧς ἀρχή· Ἄγε Μῶσα [a]) λιγεῖα [b]), ἄρξον ἀοιδᾶς ἐρατῶν ὕμνους [c]) Σαμίων περὶ παίδων ἐρατᾷ φθεγγομένα λύρᾳ. Σαμίους [d]) ἐντεῦθεν λέγει τοὺς παῖδας· ἐκδοθεῖσαν γὰρ τὴν Ῥαδινὴν εἰς Κόρινθον τυράννῳ φησὶν ἐκ τῆς Σάμου πλεῦσαι πνέοντος Ζεφύρου, — οὐ δήπουθεν τῆς Ἰωνικῆς Σάμου —· τῷ δ' αὐτῷ ἀνέμῳ καὶ ἀρχιθέωρον εἰς Δελφούς, ὄντα ἀδελφὸν [c]) αὐτῆς, ἐλθεῖν, καὶ τὸν

LIV. [1]) Vide Apollod. I, 7, 3. §. 4.

[2]) Ap. Schol. Apollon. Rhod. IV, 57. cf. Apollod. I, 7, 5. Pausan. V, 1, 2. Conon. ap. Phot. anrrat. XIV, init.

[3]) Καλύκης Cod. Paris.

ἀνεψιὸν ἐρῶντα αὐτῆς, ἅρματι εἰς Κόρινθον ἐξορμῆσαι παρ' αὐτήν. Ὁ δὲ τύραννος, κτείνας ἀμφοτέρους, ἅρματι ἀποπέμπει τὰ σώματα· μεταγνοὺς δὲ ἀνακαλεῖ καὶ θάπτει.

[a]) Μοῦσα ad Homeri dialectum legendum esse putamus: neque enim alibi poëta οῖ pro οῦ reposuit cum Pindaro et Theocrito, neque ῶ ad ejusdem Theocriti vel Alcmanis rationem [1]). Alcmanem noster imitatus est ingeniose, ille enim carmen quoddam [2]) sic incipit: Μῶσ' ἄγε Καλλιόπα, θύγατερ Διός, ἄρχ' ἐρατῶν ἐπέων κ. τ. λ.

[b]) Repone λιγεῖ' ἄρξον.

[c]) Heynius Ἐρατώ, νόμους legere jubet, praeter necessitatem, opinor: nec magis necessarium nec venustum adeo ἐρατὼς ὕμνως quod Blomfieldius reposuit. Ut enim taceam de Dorismo illo jam notato, quemque nec ipse Britannus constanter admisit [3]): languida est haec lectio propter insequens ἐρατᾷ λύρᾳ.

[d]) Σαμίους vox deerat: Blomfieldius minus recte post παῖδας eam inseruit. Sermo est de *Samo* insula prope Ithacam sita.

[e]) Videtur ἀνεψιὸν legendum esse, aut latiore sensu ἀδελφὸν interpretandum.

Fragmentum hos ad rhythmos revoca:

Ἄγε Μῶσα λιγεῖ', ἄρξον ἀοιδᾶς, ἐρατῶν ὕμνως Σαμίων περὶ παίδων ἐρατᾷ φθεγγομένα λύρᾳ.

υυ ⏑ υυ – ⏑ υυ – ⏑ υυ – υ – (bis)

Trimetri sunt choriambici cum duplici anacrusi et iambo.

LV. [1]) Cf. Thiersch. gramm. graec. §§. 238. 242. ed. tert.

[2]) ap. Hephaest. de metr. pag. 22. Welcker. fr. IV.

[3]) Cf. v. c. coll. fragm. Blomf. IV, 1. 2.

D.

Bucolicum carmen.

LVI.

Aelian. var. hist. X, 18. *Ἐκ δὲ τούτου (τοῦ Δάφνιδος) τὰ βουκολικὰ μέλη πρῶτον ᾖσθη, καὶ εἶχεν ὑπόθεσιν τὸ πάθος τὸ κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Καὶ Στησίχορόν γε τὸν Ἱμεραῖον τῆς τοιαύτης μελοποιΐας ἀπάρξασθαι.*

Parum sibi constant opiniones de generis hujus inventore [1]): sed nolo de diversissimis illis traditionibus h. l. judicium ferre. Audiamus vero Heynium [2]) caute de iis disserentem et ab omni parte probandum: „Sunt „qui bucolici carminis initia in aetate aurea, sunt qui in „Arcadia aut in Sicilia quaerant. Alii auctorem Diomum „aliquem, alii Daphnidem, hi Stesichorum, illi Theocri„tum faciunt. Sed fluctuat haec disputatio et incerta fer„tur, quod non animadverterunt docti homines aliud esse „carmen pastoritium, quo homines qui greges pascerent, „ut nostris temporibus ita primis statim vitae humanae „initiis longum diem fefellerint, aliud, quo homines in„geniosi vitae rusticae bona ac delicias certa ratione et „arte adumbrarint." Liquet tamen, Stesichorum neutri horum generi adscribendum esse; ut enim prius illud tacite praeteream: Theocriti quoque et Maronis consilia procul habuit, quum fabula, ad mythicas fortasse vel ad amatorias odas pertinente, adversam Daphnidis patria affinis fortunam conquereretur. Ostendat autem laudati carminis nexum cum eroticis Nostri cantilenis ipsorum ar-

---

LVI. [1]) Cf. Schol. graec. Theocr. argum. init. Servium ad Virgil. Bucol. init. Auct. vit. Virgil. Donat. c. 21. Diomed. l. III. pag. 483. Putsch. Athen. XIV. pag. 619. Diod. Sic. IV, 84.
[2]) Prooem. ad Virgil. Bucol. init.

gumentorum superstitum similitudo: patriam communem Theocritus [3]):

Ὁ δὲ Τίτυρος ἐγγύθεν ᾄσεῖ,
ὡς ποκα τὰς ξενέας ἠράσσατο Δάφνις ὁ βώτας,
χ' ὡς ὄρος ἀμφεπολεῖτο, καὶ ὡς δρύες αὐτὸν ἐθρήνευν,
Ἱμέρα αἴτε φύοντι παρ' ὄχθαισιν ποτάμοιο.

Rem uberius plures narrant [4]), fortasse ex Stesichoro: D' Orvillius etiam Doctissimus hanc suspicionem firmat. Ait enim [5]): „Videtis hic, Daphnin ad oppidum ab Hi„mera nostro fluvio [6]) XXV. millibus passibus remotum „esse exstinctum. Sed etiam ideo circa hunc Himeram „statuerem illum versatum fuisse, quia Stesichorus ex „ex urbe Himera oriundus Bucolicon, sive carmen de „Daphnide primus invenisse traditur, teste Aeliano, et „quia vero est simile, poetae huic argumentum patrium „placuisse, unde Dan. Heinsius [7]), ingeniose tamen ma„gis quam vere, bucolicum carmen autumat Theocrito „dictum *τὸν ἐφ' Ἱμέρᾳ ὕμνον*."

LVII.

Vibius Sequester de flumin. etc. voc. Himera. pag. 11. Oberl. Himera oppido Thermitanorum [a]) dedit nomen Himerae. Hoc flumen in duas findi [b]) partes ait Stesichorus: unam in Tyrrhenum mare, alterum in Lybicum decurrere.

---

[3]) VII, 72 sqq.

[4]) Diod. Sic. IV, 84. Serv. ad Virgil. V, 20. VIII, 68. Sil. Ital. XIV, 466. Schol. Theocr. Idyll. VII. Parthen. Erot. 29. Suid. voc. *Δάφνις*.

[5]) Sicul. pag. 26.

[6]) Cf. de eo frgm. LVII. Respicit ad Servii verba (ad Virg. Ecl. VIII, 68.): „Daphnidem ab irata Nympha Nomia ama„trice luminibus orbatum, dein in lapidem versum esse. Apud „Cephaloeditanum oppidum saxum esse dici quod formam ho„minis ostentet."

[7]) Lectt. Theocritt. Cap. III. pag. 300.

[a]) *Taurotaminitanorum* ed. Flor. *Taurominitanorum* ed. Tolos.

[b]) *scindi* 1, *fundi* 2 codd. mss.

E bucolico de Daphnide carmine hoc fragmentum desumtum esse, Theocritus aliique ante laudati lectori persuadebunt.

E.

Fabulae.

Stesichoriae cujusdam fabulae argumentum jam supra nobis expositum est [1]): erunt fortasse qui quaerant, pedestri sermone an versibus id genus poeta coluerit. Numeris inclusos fuisse ejus apologos [2]) crederemus propter constantem aliorum poëtarum usum, etiamsi non alio quidquam loco de iis traditum esset [3]): de genere disceptari potest rhythmorum, de eo quum testes deficiant. Fabulas, quatenus certe ante alios Lessingii solertia, ad ipsius Stesichori partim exemplum, de earum natura exposuit [4]), Homerica ut praeteream vestigia [5]), apud Graecos ante nostrum poëtam confecit epico metro Hesiodus [6]), iamborum epodis Archilochus [7]), immixtis etiam dactylicis rhythmis. Sed Alcaeus postea lyricis numeris in eodem genere usus est [8]): ut non absurdum sit, putare, Himerensis lyrici exemplum eum secutum esse. Cavendum

---

E. [1]) Diss. sect. VI. not. 10 sqq.

[2]) Nobiscum Grauertus facit in Diss. de Aesopo sect. II. pag. 14.

[3]) Vide fr. LIX. fin.

[4]) Opp. Tom. II. pag. 168 sqq. ed. Carlsr.

[5]) De quibus docte Grauertus egit l. c. pag. 11 — 13.

[6]) *Ἔργ. κ. ἡμ.* vs. 200 sqq. cf. Grauert. pag. 13.

[7]) Vide fr. Archil. LXVII. LXVIII. Liebel. coll. ed. alt.

[8]) Apud Athen. lib. XV. pag. 695, A. cf. Grauert. pag. 14.

tamen ne eatenus Suidae [9]) obsequaris, ut illas quoque narratiunculas statuas stropharum epodicarum formam retulisse.

LVIII.

Ἵππος καὶ ἔλαφος.

1. *Aristot. Rhetor.* II, 20. *Λόγος δὲ, οἷος ὁ Στησιχόρου πρὸς Φάλαριν, καὶ Αἰσώπου ὑπὲρ τοῦ δημαγωγοῦ. Στησίχορος μὲν γὰρ, ἑλομένων στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῶν Ἱμεραίων Φάλαριν, καὶ μελλόντων φυλακὴν διδόναι τοῦ σώματος, τἄλλα διαλεχθεὶς εἶπεν αὐτοῖς λόγον. Ἵππος κατεῖχε λειμῶνα μόνος· ἐλθόντος δὲ ἐλάφου καὶ διαφθείροντος τὴν νομήν, βουλόμενος τιμωρήσασθαι τὸν ἔλαφον ἠρώτα τὸν ἄνθρωπον εἰ δύναιτο μετ' αὐτοῦ κολάσαι τὸν ἔλαφον. Ὁ δὲ ἔφησεν, ἐὰν λάβῃ χαλινὸν καὶ αὐτὸς ἀναβῇ ἐπ' αὐτὸν ἔχων ἀκόντια· συνομολογήσαντος δὲ καὶ ἀναβάντος, ἀντὶ τοῦ τιμωρήσασθαι αὐτὸς ἐδούλευσεν ἤδη τῷ ἀνθρώπῳ. Οὕτω δὲ καὶ ὑμεῖς, ἔφη, ὁρᾶτε μὴ τοὺς πολεμίους βουλόμενοι τιμωρήσασθαι ταὐτὸ πάθητε τῷ ἵππῳ· τὸν μὲν γὰρ χαλινὸν ἤδη ἔχετε, ἑλόμενοι στρατηγὸν αὐτοκράτορα· ἐὰν δὲ φυλακὴν δῶτε καὶ ἀναβῆναι ἐάσητε, δουλεύσετε ἤδη Φαλάριδι.*

2. *Conon. Narrat.* XLII. ap. Phot. *Ὡς Γέλων ὁ Σικελιώτης τυραννίδι ἐπιθέσθαι διανοούμενος Ἱμεραίων ἐθεράπευσε τὸν δῆμον, καὶ κατὰ τῶν δυνατῶν ὑπερεμάχει, καὶ ἠγάπα τὸ πλῆθος, φυλακὴν τοῦ σώματος αἰτοῦντι αὐτῷ ὥρμᾶτο διδόναι. Στησίχορος δ' ὁ Ἱμεραῖος ποιητὴς ὑποτοπήσας ἐπιχειρεῖν αὐτὸν τυραννίδι, στὰς αἶνον ἔλεξεν εἰς τὸ πλῆθος, εἰκόνα τοῦ μέλλοντος πάθους. Ἵππος, φησί, νεμόμενος ἐφοίτα πιοῦμενος ἐπὶ κρήνην· ἔλαφος δὲ τὸ πεδίον διελθοῦσα τήν τε πόαν κατέστειβε καὶ τὸ νᾶμα ἐτάραττε. Καὶ ὁ ἵππος ποθῶν*

---

[9]) Voc. τριὰ Στησιχόρου.

τὴν ἀδικοῦσαν τιμωρῆσαι, τάχει δὲ ποδῶν λειπόμενος, ἄνδρα κυνηγέτην βοηθὸν ἐκάλει· ὁ δὲ, εἰ χαλινὸν δέξοιτο καὶ ἀναβάτην, ῥᾷστα ἀμύνειν αὐτῷ ὑπισχνεῖτο. Καὶ ἐγένετο οὕτω, καὶ ἡ μὲν ἔλαφος ἀκοντίοις ἔκειτο βληθεῖσα, ὁ δὲ ἵππος ᾔσθετο δεδουλωμένος τῷ κυνηγέτῃ. Τοῦτ', ἔφη, δέδοικα αὐτός, ὦ Ἱμεραῖοι, μὴ νῦν δῆμος ὄντες τῶν ἐχθρῶν μὲν διὰ Γέλωνος περιγένησθε, αὐτοὶ δὲ ὕστερον Γέλωνι δουλεύσητε.

Supplet Conon ex parte Aristotelem. Litem de tyranni nomine supra [1]) vide compositam. Quod eadem haec fabula, cervo in aprum mutato, inter Gabriae [2]) et Phaedri [3]) illas legitur, id neminem hodie commovebit de Aesopo auctore somniare, ut quem laudati fabulatores accurate expresserint [4]).

LIX.

Γεωργὸς καὶ ἀετός.

Aelian. Nat. animal. XVII, 37. *Ἁλοῶντες ἄνθρωποι τοῦ ἡλίου καταφλέγοντος, δίψῃ πιεζόμενοι, τὸν ἀριθμὸν ἑκκαίδεκα, ἕνα ἑαυτῶν ἀπέστειλαν ἐκ πηγῆς γειτνιώσης κομίσαι ὕδωρ. Οὐκοῦν ὁ ἀπιὼν τὸ μὲν δρέπανον τὸ ἀμητικὸν διὰ χειρὸς εἶχε, τὸ δὲ ἀρυστικὸν ἀγγεῖον κατὰ τοῦ ὤμου ἔφερεν· ἐλθὼν δὲ καταλαμβάνει ἀετὸν ὑπό τινος ὄφεως ἐγκρατῶς τε καὶ εὐλαβῶς περιπλακέντος ἀποπνιγόμενον ἤδη. Ἔτυχε δὲ ἄρα καταπτὰς μὲν ἐπ' αὐτὸν ὁ ἀετός, οὐ μὴν κρείττων γενόμενος, οὐδὲ τῆς ἐπιβουλῆς ἐγκρατὴς ἐγένετο, οὐδὲ τοῦτο δὴ τὸ Ὁμηρικὸν τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις τὴν δαῖτα ἐκόμισεν· ἀλλὰ ταις ἐκείνου σπείραις περιπεσὼν ἕρμασιν ἔμελλεν οὐ μὰ Δί' ἀπολεῖν, ἀλλ' ἀπολέσθαι. Εἰδὼς οὖν ὁ γεωργὸς ἢ*

LVIII. [1]) Diss. sect. 9.
[2]) Tetrastich. XXIII.
[3]) L. IV. fab. 3.
[4]) Confer et Grauert. Diss. sect. III. init. pag. 15.

ἀκούων, τὸν μὲν εἶναι Διὸς ἄγγελον καὶ ὑπηρέτην, εἰδώς γε μὴν κακὸν θηρίον τὸν ὄφιν, τῷ δρεπάνῳ τῷ προειρημένῳ διακόπτει τὸν θῆρα, καὶ μέντοι καὶ τῶν ἀφύκτων ἐκείνων εἰργμῶν τε καὶ δεσμῶν τὸν ἀετὸν ἀπολύει. Ὁδοῦ μέντοι πάρεργον τῷ ἀνδρὶ ταῦτα καὶ δὴ διεπέπρακτο, ἀρυσάμενος δὲ τὸ ὕδωρ ἧκε, καὶ πρὸς τὸν οἶνον κεράσας ὥρεξε πᾶσιν· οἱ δὲ ἄρα ἐξέπιον, καὶ ἀμυστὶ καὶ πολλὰς ἐπὶ τῷ ἀρίστῳ· ἔμελλε δὲ καὶ αὐτὸς ἐπ' ἐκείνοις πιέσθαι· ἔτυχε γὰρ ὑπηρέτης κατ' ἐκεῖνό πως τοῦ καιροῦ, ἀλλ' οὐ συμπότης ὤν. Ἐπεὶ δὲ τοῖς χείλεσι τὴν κύλικα προσῆγεν, ὁ σωθεὶς ἀετὸς ζωάγρια ἐκτίνων οἱ, καὶ κατὰ τύχην ἀγαθὴν ἐκείνου ἔτι διατρίβων περὶ τὸν χῶρον, ἐμπίπτει τῇ κύλικι, καὶ ἐκταράττει αὐτὴν καὶ ἐκχεῖ τὸ ποτόν. Ὁ δὲ ἠγανάκτησε, καὶ γὰρ ἔτυχε διψῶν, καὶ λέγει· εἶτα μέντοι σὺ μὲν ἐκεῖνος ὢν (καὶ γὰρ καὶ τὸν ὄρνιν ἐγνώρισε) τοιαύτας ἀποδίδως τοῖς σωτῆρσι τὰς χάριτας; ἀλλὰ πῶς ἔτι ταῦτα καλά; πῶς δ' ἂν καὶ ἄλλος σπουδὴν καθέσθαι θελήσει εἴς τινα αἰδοῖ Διὸς χαρίτων ἐφόρου τε καὶ ἐπόπτου; Καὶ τῷ μὲν ταῦτα εἴρητο, καὶ ἐφεύγετο· ὁρᾷ δὲ ἐπιστραφεὶς τοὺς πιόντας ἀσπαίροντάς τε καὶ ἀποθνήσκοντας. Ἦν δὲ ἄρα, ὡς συμβαλεῖν, ἐμημεκὼς εἰς τὴν πηγὴν ὁ ὄφις, καὶ κεράσας αὐτὴν τῷ ἴῳ. Ὁ μὲν ἀετὸς τῷ σώσαντι ἀμοιβῇ τῆς ἰσοτίμου σωτηρίας ἀπέδωκε τὸν μισθόν.

Λέγει δὲ Κράτης ὁ Περγαμηνὸς ὑπὲρ τούτων καὶ τὸν Στησίχορον ᾄδειν ἔν τινι ποιήματι οὐκ εἰσφοιτήσαντί που εἰς πολλοὺς, σεμνόν τε καὶ ἀρχαῖον, ὥς γε κρίνειν ἐμὲ, τὸν μάρτυρα εἰσάγων.

LX.

1. *Aristot. Rhetor.* II, 21. Ἁρμόττει δ' ἐν τοῖς τοιούτοις καὶ τὰ Λακωνικὰ ἀποφθέγματα καὶ τὰ αἰνιγματώδη· οἷον εἴ τις λέγοι ὅπερ Στησίχορος ἐν Λοκροῖς εἶπεν· ὅτι οὐ δεῖ ὑβριστὰς εἶναι, ὅπως μὴ οἱ τέττιγες χαμόθεν ᾄδωσιν.

2. *Id. ibid.* III, 11. *Καὶ τῶν ἀποφθεγμάτων δὲ τὰ ἀστεῖά ἐστιν ἐκ τοῦ μὴ ὅ φησι λέγειν· οἷον τὸ τοῦ Στησιχόρου, ὅτι οἱ τέττιγες ἑαυτοῖς χαμόθεν ᾄσονται.*

Verba paraenetici alicujus carminis finem fuisse liquet. Ad priorem locum docte Buhlius: „Castigavit Stesichorus Locrenses, et a contumeliosa improbaque agendi „ratione absterruit, obscure significans, agros eorum po„stea devastatum, arboresque ita excisum iri, ut ubi con„sidant cicadae non habeant, sed humi cogantur canere: „teste enim Aristotele [1]) non nascuntur cicadae ubi ar„bores non sunt. Eandem sententiam laudans Demetrius „Phalereus [2]) eam non Stesichoro sed Dionysio Syracu„sano tribuit. Vide etiam Eustathium ad Il. III, 151." Addi poterat, cicadas apud Locrenses plurimas fuisse et multum garrulas [3]): constat hinc in Locrenses revera illa dicta fuisse. Videtur tamen Aristoteles verbis illis *ἐν Λοκροῖς* ipsum carminis titulum exhibuisse [4]): nude enim alias *Λοκροῖς* reposuisset sive *εἰς Λοκρούς*. De Stesichori cum Locrensibus affinitate supra [5]) quaedam notata sunt.

LX. [1]) Hist. animal. V, 30. Cicades arboribus insidentes canere et Meleager docet Anthol. Jac. T. I. pag. 362. epigr. 196. et Schol. Villois. ad Il. III, 151. Cod. A. B. L.

[2]) *Περὶ ἑρμηνείας* pag. 95. coll. pag. 213.

[3]) Ex Plin. Hist. nat. XI, 27. coll. Paul. Silentiar. epigr. 54. Anthol. T. I. pag. 202.

[4]) Fabulae quoque Alexidis comici *Λοκροὶ* occurrit titulus ap. Athen. III. pag. 123, E.

[5]) Diss. sect. III.

F.

Elegiae Stesichoro tributae. Nomi Stesichorii.

Ad Phalaridearum epistolarum nugas ut iterum redeamus, legitur illic passim [1]), Nicoclem Syracusanum, virum summi et ordinis et dignitatis, ipsum fratrem quatuor minimum dierum itinere misisse ad Phalarin petitum, ut non breviore altero itinere ad Stesichorum mitteret, et carmen in Clearistam uxorem suam nuper mortuam peteret. Igitur Himeram quanto studio quantaque commendatione posset Phalarin misisse, nec multo post alteram epistolam dedisse, qua gratias pro humanitate tam singulari ageret. Hoc rumore excitatum Pelopidam quendam summo opere contendisse, ut uni de suis eandem gratiam peteret [2]): sed repulsam tulisse. Quam contra rem Bentleius, sed parum, ut videtur, accurate, haec fere argumentatur [3]): „Carmen hoc in Clearistam μέλος vo„cat et μελῳδίαν, quod ei notat odam lyricam: mox „vero [4]) id ἐλεγεῖον, elegiam vocat, quae differt a μέ„λος, quam Pindarus a Theognide, vel ab Horatio Ti„bullus. Praeterea: num non ipsi ad Stesichorum litte„ras dare potuissent, et dono aliquo oblato voti compo„tes fieri? nonne constat Bacchylidem, Simonidem, Pin„darum et reliquos ejus generis Musas venales habuisse?" Sed constat ex Aristotele [5]), ante Simonidem lyricos Musam venalem non habuisse. Carmen autem illud quod μέλος simul et ἐλεγεῖον appellatum est, non hoc nobis suadet, omnino id compositum non fuisse; nec adeo

---

F. [1]) Epist. XIX. XX. XXI.
[2]) Epist. XXII.
[3]) Dissert. Phalar. XV. pag. 40.
[4]) Epist. XX.
[5]) Rhetor. III, 2.

mirum, alio idem loco [6]) etiam *ἔπαινος ἐν ποιήσει* nec non *ὑμνῳδία* nominari. Monuit contra Britannum jam Lennepius [7]), quodvis carminum genus etiam *μέλος* solere appellari: mox eundem prorsus probamus putantem, „nil obstare, quominus accipiamus sophistam de „*ἐλεγείῳ μεμελοποιημένῳ*, i. e. musicis juncto modis, „cogitare, sive revera elegiam velis intelligere, sive epi„taphium alio versuum genere conscriptum, sive denique „*ἔπη* qualia Stesichorum, teste Plutarcho [8]), videamus „pro more lyricorum sui temporis *μεμελοποιηκέναι*." Videtur autem, ut liceat, salvo aliorum judicio, de subobscura illa re sermonem instituere, revera poëta elegiacum genus, vel certe affine quoddam coluisse. Erat enim imitator *νόμων* Olympi [9]), cui elegorum primordia tribuebantur [10]): quidni ergo ille quoque carmina potest composuisse quae vel per eos quibus uteretur nomis elegiacam quandam speciem prae se ferrent? *Νόμος* quid significet, nondum ad liquidum perductum esse videtur, altiorique videtur studio singularis de eo disquisitio relinquenda esse: in hoc tamen errasse nobis videtur Schneiderus [11]), quod putat idem eum fuisse atque *harmoniam, modum.* Videntur enim constitisse e certis modis quod ad concinentem carminibus musicam attinebat, certisque rhythmis e cantus et verborum numeri respectu. Dilucide enim Plutarchus [12]): *Οὐκ ἐξῆν μεταφέρειν τὰς ἁρμονίας καὶ τοὺς ῥυθμούς, ἐν γὰρ τοῖς νόμοις ἑκάστῳ διετήρουν τὴν οἰκείαν τάξιν.* Est itaque *νόμος* fere nostrum *Weise:* quae voces etiam etymo simul prope cognatae sunt. Sed

---

6) Epist. XIX.
7) Ad Phalar. epist. XX. pag. 99.
8) De Mus. III. ex Heraclide. laud. Diss. sect. X. not. 13.
9) Plut. de Mus. VII.
10) Pollux Onomast. IV, 10. Plut. de Mus. VII.
11) In Lex. graec. s. h. v.
12) De Mus. VI.

hoc modo nostra differt a Graeca, quod etiam certos carminis rhythmos semper illa postulat, altera non aeque, sed ex usu quodam rariore ita quoque adhibetur ut illos excludat: siquidem verum est quod Cl. Boeckhius evincit ad Pindarum [13]), odas rhythmis profecto diversissimas, Pyth. II. et Isthm. I., uno eodemque nomo Castorio decantatas esse. Alia erat, sed antiqua tantummodo nomorum conditio quod cantus sive succinentis instrumenti rhythmum unum eundemque habuerunt usque ad Timothei, musicae artis depravatoris, tempora. Et *citharoedici* quidem nomi legitimus rhythmus erat dactylicus, hexameter, teste Plutarcho [14]); *Ὅτι δὲ οἱ κιθαρῳδικοὶ νόμοι οἱ πάλαι ἐξ ἐπῶν συνίσταντο, Τιμόθεος ἐδήλωσε· τοὺς γὰρ πρώτους νόμους ἔπεσι διαμιγνύων, διθυραμβικὴν λέξιν ᾖδεν, ὅπως μὴ εὐθὺς φανῇ παρανομῶν εἰς τὴν ἀρχαίαν μουσικήν.* Semel vero talia ausus mox dithyrambi fere et choricarum odarum rhythmos solutiores referebat, nisi quod e triade epodica non constaret. Aristoteles enim [15]): *Διὰ τί οἱ νόμοι οὐκ ἐν ἀντιστρόφοις ἐποιοῦντο, αἱ δὲ ἄλλαι ᾠδαὶ αἱ χορικαί;* *Aulodicos* autem tibicinum nomos, a citharoedicis distinctos [16]), legitimum sibi assumsisse elegiacum metrum, hujus rei licet traditio certis verbis nusquam, quantum scio, occurrat, colligendum esse videtur ex Plutarchi verbis [17]): *Καὶ ἄλλος δ' ἐστὶν ἀρχαῖος νόμος, καλούμενος Κραδίας, ὃν φησιν Ἱππώναξ Μίμνερμον αὐλῆσαι· ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα οἱ αὐλῳδοὶ ᾖδον.* Mimnermi elegiaci carmina *μελῳδηθῆναι* docet Chamaeleon apud Athe-

---

13) De metr. Pind. l. III. pag. 276. not. 2.

14) De Mus. IV. Verba *τοὺς πρώτους νόμους* verte: *priores suos nomos.*

15) Probll. XIX, 15.

16) Plut. de Mus. III. IV.

17) De Mus. VIII. Cf. de h. l. Welcker. frgm. Hipponact. 69. et imprimis Franck, Callin. pag. 128 sq.

naeum [18]). Unice vero aulodicos nomos, exclusis usque citharoedicis Stesichorum confecisse vel adhibuisse Plutarchus tradit [19]): *Ὅτι Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος οὔτε Ὀρφέα, οὔτε Τέρπανδρον, οὔτε Ἀρχίλοχον* [20]), *οὔτε Θαλήταν* [21]) *ἐμιμήσατο, ἀλλ' Ὄλυμπον* [22]), *χρησάμενος τῷ ἁρματίῳ νόμῳ καὶ τῷ κατὰ δάκτυλον εἴδει, ὅ τινες ἐξ ὀρθίου νόμου φασὶν εἶναι, ἄλλοι δέ τινες ὑπὸ Μυσῶν εὑρῆσθαι τοῦτον τὸν νόμον.* Phrygiae haud dubie originis erat ille *ἁρμάτιος νόμος* [23]), nexusque praeterea arctissimus est Phrygum sive Mysorum tibiae cum elegia, ut ex locis collatis et aliunde constat: jam ergo quidni concedamus Stesichorum etiam ejusmodi *ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα* confecisse, pro carmine licet illo in Clearistam edito neutiquam contendamus? Cavendum enim est ne ideo quod fictitiae sunt istae litterae, res etiam quas continent omnes aeque commentitias esse credamus. Luculento fuit hujusmodi erroris exemplo Lennepius [24]), de temere laudatis *Ἀχαιῶν νόστοις* sophistam arguens. Porro nonne oda quoque in Calycen confecta, quae infelicem puellae amorem celebrabat [25]), nonne narratio de crudeli Rhadinae Samiae internecione, Corinthiaci jussu tyranni facta [26]), nonne bucolicum de Daphnide carmen, quo occoecatum Deae ira juvenem poëta conquerebatur [27]), res erant elegiaca tibia dignissimae? Non denique alienum

---

18) l. XIV. pag. 620, C.
19) De Mus. III.
20) Sic post Casaubonum et Schweigh. ad Athen. XIV. pag. 620, C. editores reposuerunt loco *Ἀντίλοχον* vulgatae olim lectionis.
21) Citharoedicos nomos illi fecerant, ipso Plutarcho teste l. c.
22) Aulodicorum nomorum inventor erat, teste Plutarcho l. c.
23) Vide Etym. M. voc. *ἁρμάτειος*. Eurip. Orest. 1379. Pors.
24) Ad Epist. Phal. IX. pag. 49, 1. Cf. nos supra ad fr. XXXV.
25) Fr. LIV.
26) Fr. LV.
27) Fr. LVI.

prorsus esse videbatur, duo aetatem tulisse vetera in Clearistam epitaphia [28]).

G.

Fragmenta incerti loci.

LXI.

Aristot. Hist. animal. V, 9. (V, 8, §. 4. Schneid.). *Πάντων δὲ σπανιώτατον ἰδεῖν ἀλκυόνας ἐστί· σχεδὸν γὰρ περὶ πλειάδος δύσιν καὶ τροπὰς ὁρᾶται μόνον, καὶ ἐν τοῖς ὑφόρμοις πρῶτον ὅσον περιπταμένη περὶ τὸ πλοῖον ἀφανίζεται εὐθύς· διὸ καὶ Στησίχορος τοῦτον τὸν τρόπον ἐμνήσθη περὶ αὐτῆς.*

Schneiderus ad h. l.: „*πρῶτον* vocem omisit Rhen., „et cum Mediceo etiam Camus. Locum Stesichori hodie „ignoramus, sed ex simili Pindarico in schol. ad Apol„lon. Argonaut I, 1084. memorato conjicere licet, Ste„sichorum halcyonem Argonautis solventibus e portu ap„parentem fecisse." Paullo recessit a Stesichoro Apollonius l. c.

Ἦ δ' ἄρ' ὑπὲρ ξανθοῖο καρήατος Αἰσονίδαο
πωτᾶτ' Ἀλκυονὶς λιγυρῇ ὀπὶ θεσπίζουσα
λῆξιν ὁρινόμενων ἀνέμων· συνέηκε δὲ Μόψος,
ἀκταίης ὄρνιθος ἐναίσιμον ὄσσαν ἀκούσας.

Pindarum vero eum sequutum esse docet Schol. ad voc. *ὄσσαν· εὐλόγως δὲ ὄσσαν εἶπε τὴν ἀλκυόνος φωνήν· ὑπὸ γὰρ Ἥρας ἦν ἀπεσταλμένη, ὥς φησι Πίνδαρος.* Notat Schneiderus [1]) ex illis Philostratum [2]) ea quae de

---

[28]) Meleagri alterum (Anthol. Jac. T. I. pag. 358.) in virginem, alterum (T. I. pag. 502.) Bianoris grammatici in matrem aliquam ejus nominis.

LXI. [1]) Partim in schedis ad Pind. frgm. Paean. XI. pag. 573. Boeckh.

[2]) Imagg. II, 15. pag. 833.

Halcyonibus et Glauco Argonautis apparentibus tradat, videri debere ex Pindaro aut ex Stesichoro sumsisse. — Primo loco hoc fragm. posuimus, quum ad Argonauticas res videretur pertinere.

LXII.

1. *Athen.* XII. pag. 512, F. *Τοῦτον οὖν (τὸν Ἡρακλέα), φησίν (ὁ Μεγακλείδης), οἱ νέοι ποιηταὶ κατασκευάζουσιν ἐν ληστοῦ σχήματι μόνον περιπορευόμενον, ξύλον ἔχοντα καὶ λεοντῆν καὶ τόξα· καὶ ταῦτα πλάσαι πρῶτον Στησίχορον τὸν Ἱμεραῖον. Καὶ Ξάνθος δὲ ὁ μελοποιός, πρεσβύτερος ὢν Στησιχόρου, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Στησίχορος μαρτυρεῖ, ὥς φησιν ὁ Μεγακλείδης, οὐ ταύτην αὐτῷ περιτίθησι τὴν στολήν, ἀλλὰ τὴν Ὁμηρικήν.* Exscripsit

2. *Eustath. ad Hom.* pag. 1279. *Ἕτεροι δὲ τῶν μάλιστα νεωτέρων, ὡς καὶ ὁ Ἱμεραῖος Στησίχορος, ἀλλοῖον παραδεικνύουσι τὸν Ἡρακλέα, ἐν ληστοῦ σχήματι περιπορευόμενον, ξύλον ἔχοντα καὶ λεοντῆν καὶ τόξα.*

Homerus illi arcum [1]) tribuit et pharetram [2]) loro ornato instructam, et nil praeterea. Intellexit autem Megaclides, Homericorum heroum arma vestesque Xanthi Herculem tulisse, ex Hesiodi quoque imitatione [3]). Scripserat ille Megaclides de Homero libros quinto fere ante Athenaeum saeculo [4]), nec mirum itaque carmina eum legisse ex Stesichoriis quae Deipnosophistae aetatem non tulerint. Eandem quidem illam armorum mutationem Pisandro quoque nonnulli tribuebant [5]); qua mutatione Muellerus [6]) autumat insigniorem simul omnium rerum Hercu-

---

LXII. [1]) Od. VIII, 224. XI, 606. Il. V, 392.

[2]) Od. XI, 608 sqq.

[3]) Herc. scut. 122 sqq.

[4]) Vixit ante Chamaeleontem Heraclidae Pontici aequalem: v. Schweigh. ad. l. c.

[5]) V. Strab. XV. p. 473. Casaub.

[6]) Dorer T. II. pag. 475.

learum variationem a Stesichoro sive Pisandro profectam esse. Rem nos concedimus propter alia multa indicia: argumentationem minus probamus. Caeterum utramque herois speciem confudit Apollodorus [7]), ubi enarratis ensem, arcum, thoracem, peplum qui donaverint, haec addit: *ῥόπαλον μὲν γὰρ αὐτὸς ἔτεμεν ἐκ Νεμέας*: ex Stesichoro adeo manare haec potuerunt.

LXIII.

Pausan. IX, 11, 1. *Ἐπιδεικνύουσι δὲ (οἱ Θηβαῖοι) Ἡρακλέους τῶν παίδων τῶν ἐκ Μεγάρας μνῆμα, οὐδέν τι ὁμοίως τὰ ἐς τὸν θάνατον λέγοντες ἢ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος καὶ Πανύασις ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησαν.*

Insertam fuisse narrationem Geryonidi Muellerus [1]) credit. Quonam jure? non video: haud vero innotuisse videntur Viro Docto alii Herculis fabularum tituli. — Videtur mythus, qualem e Stesichoro Panyasis dederat, notior fuisse Pausaniae aevo illis quae Thebani tradebant: fortasse igitur eundem illum ex Asclepiade scholiasta Homeri [2]), et ex Euripide Hyginus [3]) nobis exhibuerunt. De numero et nominibus liberorum variis locuples est Pindari scholiasta [4]).

LXIV.

Plutarch. de Herod. malign. pag. 857, E. De Hercule (II, 42 sqq.) Aegyptiaco: *Καίτοι τῶν παλαιῶν καὶ λογίων ἀνδρῶν οὐχ Ὅμηρος, οὐχ Ἡσίοδος, οὐκ Ἀρχίλοχος, οὐ Πείσανδρος, οὐ Στησίχορος, οὐκ Ἀλκμὰν, οὐ Πίνδαρος Αἰγυπτίου ἔσχον λόγον Ἡρακλέους, ἢ Φοίνικος, ἀλλ' ἕνα τοῦτον ἴσασι πάντες Ἡρακλέα τὸν Βοιώτιον ἡμῖν καὶ Ἀργεῖον.*

---

7) II, 4, 11. §. 9.

LXIII. 1) Dor. T. II. pag. 475.

2) Ad Od. XI, 268.

3) Fab. XXXII. CCXLI.

4) Ad Isthm. IV, 104.

Temporum seriem tantum non ita servavit Plutarchus ut Stesichoro Alcmanem praeponere placuerit: Muellerus (Dor. T. II. pag. 463 sq.) aliter videtur Plutarchi sententiam intellexisse.

LXV.

Etymol. M. voc. ἀνασφῆλαι· ἀναῤῥωσθῆναι· σφῆλον γὰρ τὸ ἰσχυρόν. Στησίχορος ἐρίσφηλον ἔφη τὸν Ἡρακλέα, ἴσον τῷ ἐρισθενῆ.

LXVI.

1. *Schol. Venet.* [1]) ad Il. XXI, 575. [ἐπεί κεν ὑλαγμὸν ἀκούσῃ· Ἀρίσταρχός φησί τινας γράφειν κυνυλαγμόν· οὕτω καὶ Ζηνόδοτος. Καὶ Στησίχορος δὲ ἔοικεν οὕτως ἀνεγνωκέναι· φησί γοῦν ἀπειρεσίοιο κυνυλαγμοῖο.

2. *Eustath. ad Hom.* pag. 1251. ἀπειρεσίου κυνυλαγμοῦ scribit, in reliquis a scholiasta non discrepat. Ursinus pag. 83. ex Eustathio κυνηλαγμοῦ laudat: sed η̄ et ῡ litterae saepius confunduntur in veteribus libris manu scriptis et impressis [2]). Prius scholium vitiose Blomfieldius sic exhibet: ἀπειρέσιοι κυνυλαγμοί. Bekkeri lectioni praeter dialectum rhythmus adversari videtur: quapropter legendum esse censeo fragmentum ad Eustathii rationem. — Relatum est ad *Syotheras* a Suchfortio, ab Harlesio [3]) ad *Scyllam*: probabile utrumque: quamquam *Cerbero* quoque, vel *Geryonidi*, propter Orthrum canem, aliisve centum fabulis eadem legi potuerunt. Blomfield. Harlesium secutus est.

LXVII.

1. *Etymol. M.* voc. ἠλίβατος· Στησίχορος Τάρταρον ἠλίβατον τὸν βαθὺν λέγει. Eadem

---

LXVI. [1]) E cod. Venet. B. et Victor. bibl. Monac. Bekker.

[2]) Cf. v. c. Canteri syntagma crit. cap. I. pag. 30 sq.

[3]) Epimetr. ad Fabric. Bibl. Gr. in catal. carmm. Stesich.

2. *Photius* et
3. *Hesych.* h. v. exhibent.

LXVIII.

Plutarch. de Εἰ in Delph. pag. 394, B. *Καὶ πρότερος ἔτι τούτου ὁ Στησίχορος· μάλα τοι μάλιστα παιγμοσύνας φιλεῖ μολπάς τε Ἀπόλλων, κήδεά τε στοναχάς τε Ἄϊδας ἔλαχεν.*

Initio fragmenti nonnihil vitii subesse putat Blomfieldius, nescio an minus recte. Sensus planus est, modo *μάλα* vocem ad *φιλεῖ*, *μάλιστα* ad *παιγμοσύνας μολπας τε* referas: minus etiam ex rhythmis in illis versuum crustulis tale quid suspicari licuit. Legendum esse videtur:

μάλα τοι μάλιστα
παιγμοσύνας τε φιλεῖ μολπάς τ' Ἀπόλλων,
κήδεα δὲ στοναχάς τ' Ἄϊδας ἔλαχεν.

υυ – υ – υ
⏑ υυ – υυ – – ⏑ υ – ῡ
⏑ υυ – υυ – υυ – υυ ῡ

Primus versus logaoedicus fortasse fuit dactylico-trochaicus. Ante *φιλεῖ* metri causa *τέ* addidimus, Blomfieldium secuti; alteram illam post *κήδεα* voculam cum eodem in *δὲ* mutavimus: audacius autem versu altero ille *καὶ μολπάς* reposuit.

LXIX.

Etymol. M. voc. *Τυφωεύς· Ἡσίοδος αὐτὸν γῆς γενεαλογεῖ· Στησίχορος δὲ, Ἥρας μόνης, κατὰ μνησικακίαν Διὸς, τεκούσης αὐτόν.*

Hesiodi versus sunt Theog. 821 sq. Stesichorus autem secutus est genealogiam Homerici carminis in Pythium Apollinem vs. 128 sqq.

δεινόν τ' ἀργαλέον τε Τυφάονα, πῆμα θεοῖσιν,
ὅν πότ' ἄρ' Ἥρη ἔτικτε, χολωσαμένη Διῒ πατρί·
εὖτ' ἄρα δὴ Κρονίδης ἐρικυδέα γείνατ' Ἀθήνην
ἐκ κορυφῆς, ἡ δ' αἶψα χολώσατο πότνια Ἥρη, κ. τ. λ.

Hos Eudocia [1]) aliique exscripserunt. De varia nominis hujus monstri scriptura videndus est Heynius ad Apollodorum [2]): de nexu cum Herculis rebus Hesiodus [3]) docens Orthrum canem Geryonis, Cerberum, Lernaeam hydram, Nemeum leonem, e Typhaone patre cum Echidna procreatos esse: quibus addas ex Apollodoro [4]) draconem Hesperidarum poma custodientem et Caucasium Promethei vulturem.

LXX.

Strab. VIII. pag, 356. Casaub. *Στησίχορος δὲ καλεῖ πόλιν τὴν χώραν Πίσαν λεγομένην.*

Rem retulit Muellerus [1]) ad ludos Olympios ab Hercule institutos [2]), et ad Geryonidem inde, quum tamen pleno jure vix Heracleis in universum fabulis adscribi potuisset.

LXXI.

1. *Athen.* IV. pag. 154, F. *Ὁπότε δὲ παροξύνεται, τὸ μάχεσθαι ῥῆμα περιέχει· ὡς ἐν τῷ πυγμάχος, ναυμάχος,*

αὐτόν σε πυλαμάχε [a]) *πρῶτον*

παρὰ Στησιχόρῳ, κ. τ. λ. Ad Martem haec pertinere docet

2. *Schol. Venet.* ad Il. V, 31. *Ἄρες — τειχεσιπλῆτα· ὅτι Ζηνόδοτος γράφει τειχεσιβλῆτα, ὁ τείχη καταβάλλων· Ποσειδῶνος δὲ ἔργον τὸ ἐκ θεμελίων καταβάλλειν καὶ τὰ ἐπίγεια σείειν, Ἄρεος δὲ τοῖς τείχεσι προσπελάζειν· καί ἐστιν ἐπίθετον ἀνάλογον τῷ* [b]) *παρὰ Στησιχόρῳ πυλαμάχῳ* [c]).

LXIX. [1]) Violar. pag. 406. Eustath. ad Hom. pag. 345. cum schol. Leidens. Schol. ad Lycophr. 177.

[2]) I, 6, 3. init.

[3]) Theog. 309 sqq. 327 sqq.

[4]) II, 5, 11. §. 2. et 12.

LXX. [1]) Dor. T. II. pag. 475.

[2]) V. Heyn. ad Apollod. II, 7, 2. §. 6.

[a]) Legebatur πυγμάχε, quod e cod. msc. emendavit Schweigh. ad h. l., ratus, si hoc vocabulo usus esset Stesichorus, verba ejus proxime post πυγμάχος, ante ναυμάχος legi debuisse.

[b]) Vitiosam lectionem τὸ παρὰ expunxit Bekkerus, et ante eum Lobeckius [1]).

[c]) Lectio πυλεμάχῳ, quam plurimi libri exhibent, subscriptam vero Cod. Venet. A. Bekker., mendosam habet secundam syllabam, ut jam Lobeckius vidit l. c.: productam etiam rhythmus videtur postulare. Scribendum fortasse πυλαίμαχε, quo nomine Aristophanes [2]) appellat Minervam, Atheniensium in Pylo expugnanda adjutricem. Cf. Lobeck. ad Phrynich. l. l. Idem coniecit Blomfieldius in Add. ad Stesich. fragmm. (Mus. crit. Cantabrig. 1826. Vol. II. N. VIII. p. 607.) e glossa Hesychii. *Absurde*, inquit, *Hesychius: Πυλαίμαρχος· πολέμαρχος· καὶ ὄνομα κύριον. Confudit, ut opinor, duas glossas, Πυλέμαρχος· πολέμαρχος, Aeolice scilicet, et Πυλαίμαχος* (i. e. *Πυλαιμένης*) *ὄνομα κύριον.*

Verba laudata apte poteris ad Herculis pugnam cum Marte Cycni adjutore [3]) referre, nisi malis pro hymni alicujus in deum decantati exordio ea habere.

LXXII.

Eustath. ad Hom. pag. 316. *Στησίχορος δὲ πάτρωα τὸν κατὰ πατέρα πρόγονον εἶπεν, ἔνθα παρ' αὐτῷ Ἀμφίλοχος ἔφη τό·*

πάτρω' ἐμὸν ἀντίθεον Μελάμποδα.

Μελάμπους γὰρ οὗ Ἀντιφάτης, οὗ Οἰκλῆς, οὗ Ἀμφιάραος, ὅθεν Ἀμφίλοχος.

Legebatur πάτρωα ἐμόν. Fragmentum hoc, ab editoribus hucusque omissum, quo referendum sit valde est dubium. Erat Amphilochus infans adhuc belli prioris

LXXI. [1]) Ad Phryn. Parerg. c. IV. pag. 648.

[2]) Eqq. 1172.

[3]) Vide fr. XII.

contra Thebas tempore [1]); Epigonorum postea expeditioni intererat [2]), secundum quosdam fratri fert opem ad matrem Eriphylen interficiendam [3]). Postea Helenae procis adscriptus [4]) Trojam profectus est: unde redux factus, gravatus domesticis infortuniis alterum Argos condidit ad Ambracium sinum [5]). Vates fuit, habuitque post mortem Oropi Atticae et Ciliciae Malli oracula nota [6]). Ad Thebanas igitur, vides, ut ad Troianas res, ad Nostos adeo verba pertinere possunt.

LXXIII.

1. *Apollod.* III, 10, 3, §. 4. *Κυνόρτου δὲ Περιήρης, ὃς γαμεῖ Γοργοφόνην τὴν Περσέως, καθάπερ Στησίχορός φησι, καὶ τίκτει Τυνδάρεων, Ἰκάριον, Ἀφαρέα, Λεύκιππον.*

2. *Tzetzes ad Lycophr.* pag. 61, A. Pott. *Ἡ δὲ ἱστορία τοιάδε· Ὑακίνθου ἀδελφὸς Κυνόρτης, Κυνόρτου δὲ παῖς Περιήρης· οὗ καὶ Γοργοφόνης, τῆς Περσέως, κατὰ Στησίχορον Τυνδάρεως, Ἰκάριος, Ἀφαρεὺς καὶ Λεύκιππος.*

Ad Helenam male hoc fragmentum retulit Heynius ad Apollodorum l. c.

LXXIV.

Schol. Eurip. Orest. 243. *Στησίχορός φησιν, ὡς θύων τοῖς θεοῖς Τυνδάρεως Ἀφροδίτης ἐπελάθετο· ἡ δὲ θεὸς ὀργισθεῖσα διγάμους τε καὶ τριγάμους καὶ λειψάνδρους αὐτοῦ τὰς θυγατέρας ἐποίησεν. Ἔχει δὲ ἡ χρῆσις οὕτως· Οὕνεκα Τυνδάρεως ῥέζων ἅπασι θεοῖς μιᾶς λάθετο ἠπιοδώρου Κύπριδος, κεῖνα δὲ Τυνδάρεω κούραις χολωσαμένη διγάμους τε καὶ τριγάμους τίθησι καὶ λιπεσήνορας.*

Habes ipsius Helenae vituperii partem et fere summam: quamquam dubium est ad Trojae excidium locum recte referamus an ad Orestiam, Clytaemnestram enim

---

LXXII. [1]) Paus. V, 17, 4. [2]) Apollod. III, 7, 2. §. 5. [3]) Apollod. III, 7, 5. §. 2. [4]) Apollod. III, 10, 8. §. 2. [5]) Thuc. II, 68. [6]) Liv. XLV, 27. Paus. I, 34, 2.

non leviter culpat. Illud *τριγάμους* ad Helenam respicit: nupserat enim haec secundum Stesichorum [1]) Theseo ante Menelaum. Fragmentum Blomfieldius ad Helenam retulit cum pluribus ejusdem generis: quod quam falsum sit hic nolo repetere [2]).

Verborum, ut leguntur, distributio metrica difficilis est, certe dubia. Illud *δὲ* post *κείνα* expunxit Blomfieldius, alia quaedam audacius mutavit [3]). Leviore medela sic fortasse versus restitues:

Οὕνεκα Τυνδάρεως ῥέ-
ζων ἅπασι θεοῖσι μιᾶς λάθετ' ἠπιοδώρου
Κύπριδος, κείνα δὴ Τυνδάρεω κού-
ρας χολωσαμένα διγάμους τριγάμους τε τίθησι
καὶ λιπεσήνορας.

⏑̲ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑̄
×̲ ⏑ ⏑̲ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑̄
⏑̲ ⏑ – – ×̲ – ⏑̲ ⏑⏑ – ⏑̄
×̲ ⏑ ⏑̲ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑
⏑̲ ⏑⏑ – ⏑⏑̲

Vss. 2. et 4. Pentametri dactylici sunt, praemissa basi trochaica: Vs. 3. monometer trochaicus et dimeter dactylicus cum basi spondaica, sive trimeter est ut vs. 1. Fragmentum hoc in Antholog. lyric. edidit Mehlhornius, cuius metra paullo differunt a nostris. Sine causa ille pro *χολωσαμένα* scripsit *χωσαμένα*.

LXXV.

Schol. Aristoph. Pac. 800. *Καὶ αὕτη ἡ πλοκὴ Στησιχόρειος, φησὶ γάρ·*

LXXIV. [1]) Fr. XXII.

[2]) Expositum est de illa re Diss. sect. VII., quo delegamus lectorem.

[3]) En ipsos illius versus:

Οὕνεκα Τυνδάρεως
ῥέζων πᾶσι θεοῖσι, μιᾶς Κύπριδος λάθεν ἠπιοδώρου·
κείνα Τυνδάρεω κούραισι χολωσαμένα διγά-
μους τριγάμους τε τίθησι
καὶ λιπεσήνορας.

Singulorum autem reprehensione supersedeo.

Ὅταν ἦρος ὥρᾳ κελαδῇ χελιδών·

Hariolatur Blomfieldius ratus *εἴαρος* forsan legendum esse. Videtur prior versus in priorem vocis *ὥρα* syllabam exiisse. De sensu fragmenti vide nos ad fr. XXXIX.

LXXVI.

Schol. Apollon. Rhod. IV, 1310. *Πρῶτος Στησίχορος ἔφη σὺν ὅπλοις ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς ἀναπηδῆσαι τὴν Ἀθηνᾶν.*

Humani aliquid scholiastae accidisse videtur: in Homérico certe hymno [1]) Minerva audit

Τριτογενῆ· τὴν αὐτὸς ἐγείνατο μητιέτα Ζεὺς
σεμνῆς ἐκ κεφαλῆς, πολεμήϊα τεύχε' ἔχουσαν,
χρύσεα, παμφανόωντα· σέβας δ' ἔχε πάντας ὁρῶντας
ἀθανάτους.

Mythi originem ex Hesiodo quaeras [2]): uberius de eo disseruit Heynius ad Apollodorum [3]). Notat ibi ille quod et nobis quondam in mentem venit, illud si verum sit, Homericum in Palladem hymnum Stesichoro esse recentiorem. — Tribuerunt quidam Stesichoro Palladis hymnum [4]): tale ut ad carmen locum referre possis.

LXXVII.

Ῥαδινοὺς δ' ἐπέπεμπον ἄκοντας.

Idem ibid. ad III, 108. *Ῥαδινῆς· τρυφερῆς· Ἀνακρέων δὲ ἐπὶ τάχους ἔταξε τὸ ῥαδινόν· ῥαδινοὺς πώλους· Ἴβυκος δὲ ἐπὶ τῶν τὸν οὐρανὸν βασταζόντων κιόνων, ῥαδινοὺς ἀντὶ τοῦ εὐμεγέθεις λέγει. Στησίχορος δὲ ἐπὶ τοῦ εὐτόνου· ῥαδινοὺς κ. τ. λ.*

Schol. Paris. et Ursin. *ἔπεμπον* exhibent. De vocis significatu adde schol. Aeschyl. Prom. 400.: *ῥαδινῶν· ἁπαλῶν, παρθενικῶν.*

LXXVI. [1]) IX, 4 sqq. Ilg.
[2]) Theog. 886 sqq. 924 sqq.
[3]) I, 3, 6.
[4]) Vide fr. inc. auct. n. XCVII.

LXXVIII.

Δεῦρ' ἄγε Καλλιόπεια λίγεια.

Eustath. ad Hom. pag. 9. fin. *Οὐ μόνον Ἡσίοδος ἐκ τῆς τῶν Μουσῶν ἐπικλήσεως ἄρχεται, ἀλλὰ καὶ — καὶ Στησίχορος ἐν τῷ· δεῦρ' ἄγε Κ. λ. Πάντως δὲ καὶ ὁ ποιητὴς τὴν Καλλιόπην θέλων ἐπικαλέσασθαι οὐκ ἐκφωνεῖ αὐτὴν, ἀλλὰ σεμνότερον ὀνόματι γενικῷ τῷ θεὰ χρῆται, καὶ ἀφίησι ζητεῖν τὸν συνετὸν ἀκροάτην τίς ἂν εἴη αὕτη —. Στησίχορος δὲ τὸ κύριον ἐκφωνεῖ ἐν τῷ Καλλιόπεια λίγεια.*

Suspicatus est Blomfieldius ad *Rhadinam* [1]), Eustathium his verbis carminis illius initium memoriter citasse: ut vix dicas evolvisse eum laudatum scholiastam. Idem Britannus autumat hunc versum ab Horatio expressum esse illis [2]):

Descende coelo et dic age tibia
Regina longum Calliope melos.

Multo vero aptius Nostri ut exemplum Alcmanem editores allegant [3]).

LXXIX.

Ἀτελέστατα γὰρ καὶ ἀμήχανα
τοὺς θανόντας κλαίειν.

Stobaei Florileg. Tit. CXXIV. n. 15. *Στησιχόρου· Ἀτ. γ.*

Ἀτέλεστα cod. Paris. B. ap. Gaisf. *Καὶ* omisit Trincav. *Κλαίεν* ed. Blomf.

Finis versus post *θανόντας* videtur fuisse, aut *τὸν θανόντα* esse reponendum.

LXXX.

Idem ibid. Tit. CXXVI. n. 5. *Στησιχόρου·*

Θανόντος ἀνδρὸς πᾶσ' ἀπόλλυται χάρις.

LXXVIII. [1]) Fr. LV. nostr. collect.
[2]) Od. III, 4.
[3]) Laud. ad fr. LV.

Sic Grotius et Gaisford. ex emendatione Scaligeri. Apud Ursinum, Triucavellum et Gesnerum antea legebatur:

Θανόντος ἀνδρὸς πᾶσ' ὄλυτ' ἀνθρώπων χάρις.

Gesneri hic est margo: Alii

Θανόντος ἀνδρὸς πᾶσα πολιὰ ποτ' ἀνθρώπων χάρις.

Sic enim Gaisford. ed. Lips. Blomfieldius *πολλὰ* exhibet.

Blomfieldus edidit:

Θανόντος ἀνδρὸς πᾶσ' ἀπόλλυτ' ἀπ' ἀνθρώπων χάρις·

putans Scaligeri conjectura si vera sit, non esse Stesichori, sed tragici cujusdam versus. Neque nos facile iambicos trimetros lyricum poetam adhibuisse crediderimus: illi potius Stesichoro versum adscripserimus, quem Athenis a. Ol. CII. victoriam nactum esse Marmor Parium memorat [1]). Sed audacius profecto viri illi *ἀνθρώπων* vocem expunxerunt ceteraque mutaverunt: quamquam certum de genuina lectione judicium non facile tuleris.

Jacobsius [2]) haec efficienda esse suspicatar:

Θανόντος ἀνδρὸς
πᾶσ' ἀπολεῖτ' ἀπό γ' ἀνθρώπων χάρις.

De metro addit: „Versus sunt lyrici. Prior iambicus „monometer hypercatalecticus; alter tetrameter dactylicus."

Vide tamen an commodius Blomfieldii lectionem ex Gesneri illo margine ita refingas:

Θανόντος ἀνδρὸς
πᾶσ' ἀπόλλυται ποτ' ἀνθρώπων χάρις.

Trochaici dimetri et trimetri inter Stesichorios versus a veteribus grammaticis recensentur.

LXXX. [1]) Laud. diss. sect. II. not. 15.

[2]) In libro nuperrime edito: Stobenses lectiones pag. 12 sq.

LXXXI.

Eustath. ad Hom. pag. 1441. *Στησίχορος δὲ (λέγει)· ὑπερθυμέστατον ἀνδρῶν.*

Sermo est de comparationis formis rarioribus.

LXXXII.

Idem ibid. pag. 772. *Ἡ παροιμία τοὺς φθονεροὺς καὶ ψογεροὺς τελχῖνας, ὡς ἐκ τῶν εἰρημένων, καλεῖ. Στησίχορος δέ, φασί, τὰς κῆρας καὶ τὰς σκοτώσεις τελχῖνας προσηγόρευσε.*

Legebatur *σκυτώσεις*, quod quid sit nescio. Opportuna est glossa Etym. Magn. voc. *Τελχίν· ἡ ἐς θάνατον καταφορά.* — Alieni sunt Cretae aliarumque insularum incolae, primi illi aeris fabricatores, de quibus cf. Lobeckium De bell. Eleusin. P. I. et Hoeck. Cret. p. 345 sq.

LXXXIII.

1. *Athen.* V. pag. 180, E. *Καλεῖ δὲ Στησίχορος μὲν τὴν Μοῦσαν ἀρχεσίμολπον.*

2. *Eustath. ad Hom.* pag. 1480. *Καὶ Στησίχορος δὲ καλεῖ τὴν Μοῦσαν ἀρχεσίμολπον.*

Blomfieldius temere *Μῶσα* edidit.

LXXXIV.

Schol. ad Hom. Il. VI, 507. *Στησίχορος κοιλωνύχων ἵππων πρύτανιν τὸν Ποσειδῶνα φησιν.*

LXXXV.

Choerobosc. ad Theodos. f. 66. in Bekker. Anecd. Gr. p. 1397. *Μεσόνυξ, μεσόνυχος, εἷς τῶν ἑπτὰ πλανήτων παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις ὀνομάζεται. μέμνηται Στησίχορος.*

LXXXVI.

Schol. Apollon. Rhod. IV, 973. *Ὀρείχαλκος· εἶδος χαλκοῦ, ἀπὸ Ὀρείου τινὸς γενομένου εὑρετοῦ ὠνομασμένος. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Τελεταῖς φησι μηδὲ ὑπάρχειν τὸ ὄνομα μηδὲ τὸ τούτου εἶδος. Τὸ γὰρ ὀρείχαλ-*

κον ἔνιοι ὑπολαμβάνουσι λέγεσθαι μὲν, μὴ εἶναι δέ. Τῶν δὲ εἰκῆ διαδεδομένων καὶ τοῦτο· οἱ γὰρ πολυπραγμονέστεροί φασιν αὐτὸν ὑπάρχειν. Μνημονεύει καὶ Στησίχορος καὶ Βακχυλίδης· καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ὁ γραμματικὸς σεσημείωται τοῦτο.

Inaurium Veneri ex eo confectarum meminit auctor hymn. Homer. V, 9., ocrearum Hesiod. Scut. Herc. vs. 122., quem ad locum schol. Did. haec notat: *Ὀρείχαλκος τὸ λευκὸν χάλκωμα· ἐν ὄρεσι γὰρ εὑρίσκεται.* Tzetz. ad h. l. *Ὀρ. εἶδος ὕλης οὕτω καλουμένης, ἥτις νῦν οὐχ εὑρίσκεται. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν ὅτι χύμευσίς ἐστι χαλκοῦ τοῦ νῦν εὑρισκομένου· οὐ γὰρ σκευασίᾳ τινι γίνεται ὁ χαλκὸς λευκὸς, φύσει πυῤῥὸς ὤν.* Atque hoc verisimile est: cf. Heinr. ad l. c. Hesiodi et Spanhem. ad Callim. Lavacr. Pall. 19.

LXXXVII.

Hesych. s. voc. *ναυκληρώσιμοι στέγαι· τὰ πανδοκεῖα, ἐπεὶ ἔνιοι ἐμπορεῖα λέγουσιν· ὡς καὶ Στησίχορος, ἐμπορικὸν οἶκον, φησίν.*

LXXXVIII.

Photius s. voc. *πέποσχε· Δωριέων τινὲς τούτῳ κέχρηνται, ὧν καὶ Στησίχορός ἐστι.*

Parum caute Blomfield. ad h. l.: „Nescio an Stesicho„rus in Epicharmi locum irrepserit. Etym. M. pag. 662, 12. *ἐν Ἁρπαγαῖς Ἐπιχάρμου· ἃ δὲ Σικελία πέποσχε.*"

LXXXIX.

Schol. Vratisl. ad Pind. Ol. IX, 128. *Χάρμα· νῦν ἀντὶ τοῦ χαρά. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ τῆς μάχης· οἱ δὲ περὶ Ἴβυκον καὶ Στησίχορον χάρμην τὴν ἐπιδορατίδα φασίν·*

XC.

Schol. Aristoph. Avv. 1302. *Πηνέλοψ· νήσσῃ μὲν ὅμοιος, περιστερᾶς δὲ μέγεθος. Μέμνηται δὲ αὐτοῦ Στησίχορος καὶ Ἴβυκος.*

XCI.

Eustath. ad Hom. pag. 524. *Καὶ γὰρ λεύκιππος λέγεται παρὰ Στησιχόρῳ ἐπιθετικῶς.*

Mycenarum incolis tribuit Pindarus (Schol. ad Pyth. IV, 207.).

XCII.

Ptolem. Hephaest. III. ap. Phot. pag. 476. (p. 315. Gale.) in titulis mythologicarum quarumdam disquisitionum recenset *περὶ τῶν παρὰ Στησιχόρῳ ζητουμένων ἀκεσταλίων ὀρνίθων.*

Prior vox aut respuit omnem explicationem aut idem significat atque *ἀκεστήριος*, ad sanandum idoneus, salubris, felix [1]). *Ὄρνιθες* tum auguria [2]) fuerint, halcyones fortasse illi nautis dextre apparentes [3]), nec ne, contendere non ausim.

XCIII.

Hesych. voc. *βρυαλίκται· πολεμικοί· ὀρχησταὶ μὲν * αἰδοί που Ἴβυκος καὶ Στησίχορος.*

Kuster ad h. l. „Lege *πολεμικοὶ ὀρχησταί:* „reliqua corrupta. Forte: *καὶ ᾠδοὶ παρὰ Ἰβύκῳ καὶ Στη-* „*σιχόρῳ.*" Quas praeterea ille affert aliorum conjecturas, eae minorem etiam veritatis speciem prae se ferunt. Locum etiam Schneiderus [1]) tetigit et Muellerus [2]). Nos legere proponimus: *βρυαλίκται· πολεμικοί. Ὀρχησταὶ μὲν βρυαλίκται, ᾄδει που Ἴβυκος καὶ Στησίχορος.* Quam lectionem ipse Hesychius videtur probare s. voc. *ὀρχηστής· ποτὲ μὲν, ὁ χορικός· ποτὲ δὲ, ὁ ἐν πολέμῳ εὐκίνητος.*

XCII. [1]) De inversa certe litterarum permutatione res constat: v. Buttmann. gramm. maj. T. I. pag. 74.

[2]) Cf. Hom. Il. XXIV, 219. Aristoph. avv. 719.

[3]) Cf. fr. LXI.

XCIII. [1]) Voc. *βρυάκτης* in Lex. gr.

[2]) Dor. T. II. pag. 342 sqq.

XCIV.

Strab. I. pag. 42. Casaub. *Ἡσίοδος δ' ἐν καταλόγῳ φησί·*

Καὶ κούρην Ἀράβοιο, τὸν Ἑρμάων ἀκάκητα
γείνατο, καὶ Θρονίη κούρη Βήλοιο ἄνακτος.

Οὕτω δὲ καὶ Στησίχορος ἔφη.

Locus sic exhibetur in Gaisfordiana Hesiodi editione [1]): legebatur *Ἀράβαιω τὴν* vulgo et *θρονίη* vs. sq. Laudat haec geographus eo fine ut doceat Homero, Hesiodo, Stesichoro Arabiam appellatam fuisse occidentalem rubri maris oram: qua de re et Apollodorus conferendus [2]): *Βῆλος δὲ, ὑπομείνας ἐν Αἰγύπτῳ, βασιλεύει μὲν Αἰγύπτου· — καὶ αὐτῷ γίνονται παῖδες δίδυμοι, Αἴγυπτος καὶ Δαναός. — Δαναὸν μὲν οὖν Βῆλος ἐν Λιβύῃ κατῴκισεν, Αἴγυπτον δὲ ἐν Ἀραβίᾳ.* Bene enim Heynius ad h. l.: „Forte acceptum de una Aegypto per „Nilum divisa, ad orientem appellata Arabia, ad occiden„tem Libya: nam extra Aegyptum sedes vix assignari „potuere Aegypto ipsa vacua relicta." Aequum autem est credere, Beli regnum hinc Arabiae simul, illinc Libyae partem comprehendisse. Non tamen diffiteor, Hesiodi versus ad Strabonis rem probandam minus aptos videri. Neque quem ad mythum illi pertinuerint satis nobis liquet, quum praesertim ipsa nomina partim ignota sint et inusitata: ad Danaum enim et Argolicas res vix eos referas: rectius fortasse ad Heraclidem.

XCIV. [1]) Frgm. IX.
[2]) II, 1, 4. §. 5.

H.

Fragmenta incerti auctoris.

XCV.

Aristoph. Pac. 775 sqq.

Μοῦσα, σὺ μὲν πολέμους ἀπωσαμένη μετ' ἐμοῦ τοῦ φίλου χόρευσον,
κλείουσα θεῶν τε γάμους ἀνδρῶν τε δαῖτας
καὶ θαλίας μακάρων· σοὶ γὰρ τάδ' ἐξ ἀρχῆς μέλει.

Schol. ad h. l. Τὸ χ̄ πρὸς τὴν ἀλλαγὴν τοῦ μέτρου. Αὕτη δὲ πλοκή ἐστι, καὶ ἔλαθεν· σφόδρα δὲ γλαφυρὸν εἴρηται, καί ἐστι Στησιχόρειον.

Binis mox locis Aristophanes [1]), eodem grammatico teste, Stesichoria verba suis intexuit, alteriusque adeo loci [2]) scholium ad nostrum hoc his verbis respicit: *Καὶ αὕτη ἡ πλοκὴ Στησιχόρειος, φησὶ γὰρ κ. τ. λ.* Facile ergo concedes verba nostra *αὕτη δὲ πλοκή ἐστι* ad sequentia spectare, et interpretanda esse: *haec autem intexta sunt, id quod latuit, etc.* Et profecto verba illa egregie quadrant in poetam a *maximis bellis claribusque ducibus* ad leviorum et jucundiorum carminum lusus quondam revertentem. Quatenus vero ipsa illius verba comicus expresserit, alii videant.

XCVI.

Ptolem. Hephaest. Histor. lib. IV. pag. 320. Gale. *Ἀρχέλαος ὁ Κύπριος Στησιχόρου φησὶ τοῦ ποιητοῦ Ἑλένην Ἱμεραίαν ἐρωμένην γενέσθαι, Μικύθου θυγατέρα· ἀποστᾶσαν δὲ Στησιχόρου καὶ πρὸς Βούπαλον πορευθεῖσαν ἀμυνόμενον τῆς ὑπεροψίας τὸν ποιητὴν γράψαι·*

Ἑλένη ἔκουσ' ἀπῆρε·

ψευδῆ δὲ τὸν περὶ τῆς πηρώσεως εἶναι λόγον.

XCV. [1]) Vs. 797 sq. laud. fr. XXXIX. vs. 800 sq. laud. fr. LXXV.
[2]) Schol. ad vs. 800.

Archelaus ille quis fuerit, et quo tempore vixerit incertum est [1]). Locus quantum efficiat de poetae occoecatione supra [2]) vidimus. Verbis illis laudatis ipsam Ledae filiam poeta in *Trojae excidio* fortasse vituperavit, fabula autem narrata procul dubio ignota fuit Platoni. Isocrati, aliisque probae fidei viris de poetae infortunio laudatis: figmentum esse videtur ad Archilochi [3]) et Hipponactis [4]) infelicis amoris imitationem. Nominum errore rem ab Hipponacte ad nostrum transiise jam alii suspicati sunt [5]) Bupalus laudatus si celeber ille artifex fuit, qui ad Ol. LX. floruit [6]), aut concedenda est illa poetarum permutatio: quamquam Welkerus l. c. eam negat: aut alii quam veteri illi Stesichoro res tribuenda est, ut scilicet ipsam Archelai fidem intactam et probam esse velis: caderet tum res in primi Stesichori nepotem, florens cui aetas ad a. Ol. LVII, 1. e chronologia nostra [7]) consummanda esset. Sed probabilior esse videtur primo illa loco palam data suspicio.

Ὕμνος εἰς Παλλάδα.

XCVII.

1, α. *Schol. Aristoph.* Nub. 964. *Παλλάδα· εἴδη ᾀσμάτων ἀμφότερα, τὸ Παλλάδα περσέπτολιν θεάν, καὶ τό, Τηλέπορόν τι βόαμα. Τὸ μὲν οὖν πρότερον Λαμπροκλέους εἶναί φασιν Ἀθηναίου, τοῦ Μίδωνος υἱοῦ· ἔχει δὲ οὕτως·*

XCVI. [1]) Cf. Voss. De historr. graecc. lib. III. pag. 401. Schweigh. ad Athen. in indice auctt. h. v.

[2]) Diss. sect. VII. not. 16.

[3]) V. Liebel. Archiloch. comment. §. IV. pag. 14 sq. ed. alt.

[4]) V. Welcker. Hippon. pag. 12 sqq.

[5]) Cf. Welcker. l. c. pag. 13.

[6]) V. Plin. Hist. nat. XXXVI, 5.

[7]) Vide diss. sect. II.

Παλλάδα περσέπτολιν κλῄζω [a]) *πολεμαδόκον ἁγνὸν*
παῖδα Διὸς μεγάλου δαμάσιππον.

1, *β.* *Ἄλλως· οὕτως Ἐρατοσθένης* [b]). *Φρύνιχος αὐτοῦ τούτου τοῦ ᾄσματος μέμνηται ὡς Λαμπροκλέους ὄντος, τοῦ Μίδωνος υἱοῦ ἢ μαθητοῦ· ἔχει δὲ οὕτως·*
Παλλάδα περσέπτολιν, δεινὴν θεὸν ἐγρεκύδοιμον
ποτικλῄζω, πολεμαδόκον ἁγνὰν,
παῖδα Διὸς μεγάλου δαμάσιππον [c]).
καὶ κατὰ Λαμπροκλέα ὑποτίθησι κατὰ λέξιν.

1. *γ.* *Cod. Ravennas: ἢ Παλλάδα· ἀρχὴ ᾄσματος Φρυνίχου, ὡς Ἐρατοσθένης φησί· Φρύνιχος δὲ αὐτοῦ τούτου μνημονεύει ὡς Λαμπροκλέους ὄντος·*
Παλλάδα περσέπτολιν κλῄζω πολεμαδόκον ἁγνάν.

[a]) *κλῄζω* Ald.

[b]) Lacunosus est locus, et ex Ravennate libro sic fortásse refingendus: *Ἀρχὴ ᾄσματος Φρυνίχου· οὕτως Ἐρατοσθένης· Φρύνιχος δ' αὐτοῦ κ. τ. λ.*

[c]) Hermannus hos versus restituit:
Παλλάδα περσέπολιν κλῄζω πολεμαδόκον, ἁγνάν,
παῖδα Διὸς μεγάλου, δεινὰν θεὸν ἐγρεκύδοιμον.

2. *Schol. Aristid. Panathen.* (pag. 268, D.) pag. 203. ed. Frommel., emend. et auct. ex scholl. Leid. et Monac. *Παλλάδα περσέπολιν· ταῦτα Ἀριστοφάνους, ἐν αὐταῖς κείμενα ταῖς Νεφέλαις·* [d]) *εἶδος δὲ τοῦτο ᾄσματος καὶ ἀρχή. Τὸν δὲ ποιητὴν αὐτοῦ* [e]) *Ῥοῦφος καὶ Διονύσιος ἱστοροῦσιν* [f]) *ἐν τῇ* [g]) *μουσικῇ Φρύνιχόν τινα, ἄλλοι δέ φασι Λαμπροκλέα ἢ Στησίχορον. Τὸ δὲ δεινὰν γελοίως ἀντίκειται παρὰ τῷ κωμικῷ* [h]), *τὸ γὰρ ᾄσμα οὕτως ἔχει·*

Παλλάδα περσέπολιν [i]) *κλήζω* [k]), *πολεμαδόκον* [l]), *ἁγνὰν* [m]),
παῖδα Διὸς μεγάλου [n]), *δαμόπωλον* [o]) *ἄϊστον* [p]), *πάρθενον* [q]).

[d]) Verba *ταῦτα — Νεφέλαις* depromta sunt Frommelio ex Leid. et Monac. Cod. Ursinus sic legebat: *Τινές φασι Λαμπροκλέα ἢ Στησίχορον τοῦτο ᾄδειν· εἶδος γάρ ἐστι καὶ ἀρχή.*

[e]) *αὐτὸν* ed. Frommel. e Cod. Mon.

[f]) *ἱστοριογράφουσιν* Cod. Leid. et Mon.

[g]) *τῇ* ex utroque Msc. inseruit Frommel.

[h]) *παρὰ τῷ κωμικῷ* in Msc. L. et M. desunt, sed retinuit Fromm.

[i]) sic Ursin. et Frommel: legebatur *περσέπτολιν.*

[k]) sic Ursin. et Frommel: *κλεισο* scholl. edd. et Mscc.

[l]) formam hanc Pindaricam (cf. Pyth. X, 22. Heyn.) Ursin. et Frommel. exhibent; *πολεμοδόκον* scholl. edd. et Cod. L., *πολέμη δόκον* Cod. M.

[m]) sic Codd. L. M. Ursin. Fromm.; *ἁγίαν* scholl. edd.

[n]) sic Ursin Fromm.; *μεγάλην* scholl. edd. et Cod. L., *μεγάλαν* Cod. M.

[o]) sic Ursin. Fromm., *δαμνήπλον* schol. edd. et Cod. L., *δαμνηπῶλον* Cod. M.

[p]) sic Codd. L. M. Ursin. Fromm.; *ἄριστον* edd. vett.

[q]) sic edd. vett. et Codd. L. et M., sed Ursin. et Frommel. ediderunt *Ἀθήνην*, ut hexametros fingerent, cujus quidem metri Hermannum antistitem habent supra (not. c) laudatum.

3. *Tzetz. Chiliadd.* I, 25. vs. 689 sqq.

Τούτου τοῦ Στησιχόρου δὲ μέλος ὑπάρχει τόδε·

Παλλάδα περσέπολιν κλήζω, πολεμαδόκον ἁγνὰν,
παῖδα Διὸς μεγάλου, δαμνόπλον ἄϊστον πάρθενον.

Vides ad Aristidis scholiastae rationem haec propius accedere.

Testes pro Stesichoro auctore haudquaquam firmiores sunt: quid enim dubia Tzetzae fides et insignis inscitia contra Phrynichi vel Eratosthenis, ut minus celebrata praeteream reliqua nomina, diserta testimonia, inter se illi quamvis ipsi dissentiant? Aristidis autem ille commentator judicium certe suspendet. Vestigium tamen quoddam hymni in Palladem confecti inter Stesichoria fragmenta (n. LXXVI.) exstare, hic diffiteri noluimus. Lamprocles Midonis Atheniensis quis fuerit et quo tempore vixerit non constat: dithyramborum confectorem illo nomine laudat Athenaeus l. XI. pag. 491. C.

Difficilius etiam in tanta lectionum varietate de ipsis verbis certi quid pronunciare. Tutius tamen erit hexametros servare, quippe quos omnes illi scholiastae videantur exhibituri fuisse: quapropter videas an tibi placeant hi:

Παλλάδα περσέπολιν, δεινὰν θεὸν, ἐγρεκύδοιμον,
παῖδα Διὸς μεγάλου κλῄζω, πολεμαδόκον ἁγνὰν,
δαμνήπωλον ἄϊστον πάρθενον.

sive malis *ἀρίσταν* pro *ἄϊστον* reponere et commutatis inter se versuum partibus majorem testium numerum sequi reponendo:

Παλλάδα περσέπολιν κλῄζω, πολεμαδόκον, ἁγνὰν
παῖδα Διὸς μεγάλου, δεινὰν θεὸν ἐγρεκύδοιμον,
δαμνήπωλον ἀρίσταν πάρθενον.

INDEX SCRIPTORUM

apud quos de Stesichoro testimonia ejusque fragmenta leguntur.

Respiciunt numeri siglae S. subjuncti ad dissertationis nostrae sectiones earumque notas. Locos asterisco notatos nos primi eruimus.

	Urs. pag.	Suchl. pag.	Blomf. fragm.	Nostr. collect.
*Aelian. De nat. anim. XVII, 37.				F. LIX.
* — Var. hist. IV, 26				ad F. XXXVII.
— — — X, 18	95	12	II.	F. LVI.
Ammian. Marcellin. XXVIII, 4	94			S. IX, 26.
Antipater Sidon. Epigr. in Jac. Anthol. T. I. pag. 328				S. IX, 1.
Apollod. III, 10, 3. §. 4.	86			F. LXXIII, 1.
— — §. 12.	85		VII.	F. XVIII, 2.
**Apostol., Mich.*, Proverb. XV, 67				S. VIII, 13.
**Aristid.* Orat. T. I. pag. 152 Steph.				S. IX, 10.
— — — pag. 462	86		IV, 1	F. L, 4.
* — — T. III. pag. 466				F. L, 5.
* — — — pag. 519				F. L, 6.
* — — T. III. pag. 92 Jebb.				F. XLV, 2.
**Aristoph.* Pac. 775 sqq.				F. XCV.
Aristot. Hist. anim. V, 9	84			F. LXI.
— Rhetor. II, 20	84		inc. 21	F. LVIII, 1.
— — — 21	81		inc. 4	F. LX, 1.
— — III, 11			inc. 4	F. LX, 2.
Athen. III. pag. 81, D		28	IV, 2	F. XLVI.
— — 95, D	82	42	XVII.	F. XV.
— IV. pag. 154, F	83		inc. 7	F. LXXI, 1.
— — — 172, D	80	9	I, 1	F. II.
— — — 172, E	80	9	I, 2	F. III.
— V. pag. 180, E	83		inc. 8	F. LXXXIII, II.
* — VI. pag. 250, B				F. LII.
— X. pag. 451, D		29	IV, 3	F. XLVII.
— — — 456, F	81 sq.	30	IX, 2	F. XXIV, 1.
— XI. pag. 469, E	79	14	III, 1	F. X, 3.
— — — 781, D			III, 2	F. X, 1.
— — — 499, A	82	19	III, 3	F. VII, 1.
* — — — 499, E				F. VII, 2.
— — — 505, B	306	24	V, 1	F. XLIV, 3.
— XII. pag. 512, F		21	III, 6	F. LXII, 1.
— — — 513, A	84 sq.	37	XII, 6	F. XXXVII.
— XIII. pag. 601, A	89	39	XIII.	Prooem. C, 1.
— — — 610, C	87	34	IX, 5	F. XXVI, 2.
— XIV. pag. 619, D	84	36	X.	F. LIV, 1.
— — — 620, C	97			S. XII, 9.
— — — 638, E	89			Prooem. C, 6.
— — — 645, E		10		F. II.
**Choerobosc.* Ad Theodos. fol. 66. (in Bekker. Anecd. Gr. pag. 1397.)				F. LXXXV.
**Christodor.* Ecphras. 125 sqq.				S. VI, 1.
— — —				S. IX, 7.
Chrysostomus, Dio, Orat. T. I. pag. 24	95			Prooem. E, 12.
— — — — pag. 25	95	32		F. XXXII.
— — — — pag. 162	306	25	V, 1	S. VII, 9.
— — — — —				F. XIX.
— — — — —				F. XLV, 4.
* — — — — pag. 559				S. IX, 15.
— — — — —				S. X, 13.
Cicero In Verr. II, 35				S. IX, 5. 11.
* — Ep. ad. Att. IX, 12				F. XLIV, 5.
Clemens Alexandr Strom. I. pag. 308, C Sylb.				Prooem. B, 1.

	Urs. pag.	Suchf. pag.	Blomf. fragm.	Nostr. collect.
Conon. Narrat. XVIII. ap. Phot. -	305sq.	23	IV, 1	S. VII, 3.
— — — — -				F. L. not. 4.
— — XLII. — -				F. LVIII, 2.
Cyrill. c. Julian. (s. I.) - - - -				S. II. init.
**Diogenian.* Proverb. VII, 14. - -				S. X, 12.
Diomed. l. III. pag. 523 Putsch. -				S. XI, 12.
Dionys. De comp. verb. T. II. p. 19 Sylb.				S. X, 21.
— — — — p. 28 —				S. IX, 12.
— De vet. investig. T. II. p. 69 —	89			S. IX, 21.
Epigramm. in IX lyr. Jac. Anthol. T. II. pag. 62 - - -	61			S. IX, 14.
* — in IX lyr. Jac. Anthol. T. II. pag. 203 - - -				S. IX, 22.
* — in IX lyr. Annal. Brunck. T. III. pag. 24 - - -				S. IV, 2.
— e Ferret. Mus. lapidar. pag. 354 - - - - -				S. IX, 3.
**Etym. Gud.* s. v. *Κυλλαρίς* - - -				F. I, 3.
Etym. Magn. s. v. *ἀναστῆλαι* - -			III, 9	F. LXV.
— — *ηλίβατος* - -			inc. 10	F. LXVII, 1.
— — *Κύλλαρος* - -			inc. 6	F. I, 2.
— — *παλινῳδία* - -				F. L, 8.
— — *Τυφωεύς* - -				F. LXIX.
Eudocia Violar. Villois. Anecd. T. II. pag. 385 - - - - -				S. I, 2.
Eusebius Chronic. a. Ol. XLII. -				S. II. init.
— — — LV. - -				S. II. init.
Eustath. ad Hom. pag. 9 sq. - -	79	32	inc. 9	F. LXXVIII.
* — — — 277 - - -				F. XXIII, 1.
* — — — 316 - - -				F. LXXII.
* — — — 524 - - -				F. XCI.
* — — — 772 - - -				F. LXXXIV.
* — — — 1018 - - -				F. XXIII, 2.
— — — 1236 - - -		36	X.	F. LIV, 2.
— — — 1251 - - -		42	XVI, 1	F. LXVI, 2.
* — — — 1279 - - -				F. LXII, 2.
— — — 1289 - - -	97			S. VIII, 19.
— — — 1323 - - -		31	IX, 2	F. XXIV, 2.
* — — — 1397 - - -				S. VIII, 19.
* — — — 1441 - - -				F. LXXXI.
* — — — 1480 - - -				F. LXXXIII, 2.
— — — 1632 - - -		14	III, 1	F. X, 2.
— — — 1698 - - -		34	IX, 5	F. XXVI, 1.
* — — — 1714 - - -				F. XIV, 2.
Firmus Caesariens. Epist. XXXVII.				F. L, 7.
Fortunatian., Atil., (s. I.) - - -	95			S. XI, 19.
**Galen.* De Hippocrat. dogm. T. I. pag. 267 Bas. - - - - -				S. IX, 24.
* — De Hippocrat. dogm. T. I. pag. 269 Bas. - - - - -				S. IX, 24.
* — De Hippocrat. dogm. T. I. pag. 269 Bas. - - - - -				S. IX, 24.
* — De venae section. T. IV. p. 8.				F. L, 9.
Harpocrat. s. v. *καθελών* - - - -		33	IX, 1	F. XXXIII, 1.
Hermogen, De form. orat. II. p. 409 Laur.	89			S. IX, 18.
Hesych s. v. *βρυαλίκται* - - - -			inc. 18	F. XCIII.
* — — *ηλίβατος* - - - - -				F. LXVII, 3.
— — *ναυκληρώσιμοι στέγαι*			inc. 17	F. LXXXVII.
* — — *τριὰς Στησιτόρου* - -				S. X, 12.
— — — — - -				Prooem. C.
**Horat.* Od. IV, 9, 8 - - - - -				S. IX, 20.
— Epod. XVII, 42 sqq. - - -		23		F. XLVIII.
**Irenaeus* Adv. haeres. I, 23 - -				F. XLIX, 4.
Isocrat. Laud. Helen. pag. 218, D. Cant.	305	23	IV, 1	S. VII, 6.
**Lascaris, Const.,* De Siculis illust., in Maurolyc. Sic. hist. L. I. f. 22.				S. I, 3.
Lex Seguier. s. v. *ἀρίβαλλος:* Bekker. Anecd. Gr. pag. 444 -			inc. 16	F. XI, 3.
Longin. De sublimitate XIII, 3 - -				S. IX, 13.

	Urs. pag.	Suchf. pag.	Blomf. fragm.	Nostr. collect.
Lucian. Macrob. XXV. T. III, pag. 228 Reitz.	96			S. II, 1.
— Pro imag. T. II. pag. 22 Graev. et Gron.	305			F. L, 2.
— Ver. hist. II, 15. T. II. p. 113 Reitz.	305	23	IV, 1	S. VII, 4.
— — — — — —				Prooem. C, 8.
— — — — — —				F. L, 1.
Marmor Par. Epoch. 51				S. II, 2.
— — 74				S. II, 15.
Maximus Tyr. Orat. pag. 320 Davis.			V, 1	S. VII, 8.
— — — —				F. XLIV, 2.
Pausan. II, 22, 7	85			F. XXI.
— III, 19, 11	305	23	IV, 1	S. VII, 2.
— VIII, 3, 1	85	20	III, 4	F. VIII.
— IX, 2, 3	85			F. XVII.
— — II, 1	87	23	III, 8	F. LXIII.
— X, 26, 1	87	34	IX, 3	F. XXX.
— — — —				F. XXXIV.
— — — 2	87	35	IX, 2. 6.	F. XXXI.
— — 27	87	33	IX, 4	F. XXVIII.
Phalar. Epist. 2 Lennep.				S. V, 4.
— — 6–14, 16–18, 38, 98–100 L.				S. VI, 5.
* — — 9				F. XXXV.
* — — 19				Prooem. F, 6.
* — — 19—21				Prooem. F, 1.
* — — 20				Prooem. F, 4.
— — 22				Prooem. F, 2.
— — 38, 86, 97—100				S. V, 4.
* — — 86, 96				S. VI, 4.
— — 96				S. VIII, 14.
Philostrat. Vit. Apollon VI, 6	306		IV, 1	F. XLIV, 4.
Photius. s. v. ηλίβατος			inc. 10	F. LXVII, 2.
— — καθελών			IX, 1	F. XXXIII, 2.
— — πέποσχε			inc. 19	F. LXXXVIII.
Pindar. Ol. X, 19				S. III, 13.
Plato Phaedr. pag. 243, A		24	V, 1	S. VII, 5.
— — —				F. XLIV, 1.
— Republ. IX. pag. 586, C		25	V, 2	F. XLV, 3.
— Epist. III. fin.	305			F. L, 3.
Plinius Hist. nat. II, 12	96		inc. 20	F. LIII, 1.
* — — — X, 29				S. VI, 3.
Plutarch. De *El* in Delph. pag. 394, B	81		inc. 5	F. LXVIII.
— De ser. num. vind. p. 555, A	81	27	inc. 1	F. XLIII.
* — De Herodot. malign. p. 857, E				F. LXIV.
— De fac. in orb. lun. p. 931, E	83		inc. 20	F. LII, 2.
— De mus. III. pag. 1132, B	89			S. X, 13.
— — — —				Prooem. F, 8.
— — — pag. 1133, F	89			Prooem. F, 19.
— — XII.				S. X, 22.
Pollux Onomast. IX, 7	97			S. VIII, 17.
* — — X, 32				F. XI, 1.
**Proclus* Ad Euclid. I. comment. p. 19 Bas.				S. V, 1.
* — Ad Timaeum pag. 398 Bas.				S. VII, 17.
Ptolem. Hephaest. III. pag. 315 Gall.	87		inc. 12	F. XCII.
— — IV. pag. 320	79	29	IV, 1	F. XCVI.
Quintilian. Instit. orat. X, 1, 62	95			S. IX, 17.
Schol. Aesch. Choeph. 728	88	38	XII, 5	F. XLII.
— *Apollon. Rhod.* I, 212	88	22	III, 7	F. IX.
* — — — 230				F. IV.
— — — III, 108	83		inc. 11	F. LXXVII.
— — — IV, 828	89	42	XVI.	F. XIV, 1.
— — — — 973	88		inc. 14	F. LXXXVI.
— — — — 1310		42	XIV, 2	F. LXXVI.
— *Aristid.* pag. 226, C	86	25		ad F. XLV.
— — — 246, D	86	25		F. XLIX, 3.
— — — 268, D	80	41	XIV, 1	F. XCVII, 2.
— *Aristoph.* Av. 1302	89			F. XC.
— — Nub. 964		41	XIV, 1	F. XCVII, 1.

	Urs. pag.	Suchf. pag.	Blomf. fragm.	Nostr. collect.
*Schol. Aristoph. Pac. 797 - - - -	84	37	XII, 1	F. XXXIX.
— — 800 - - - -		38	XII, 2	F. LXXV.
— — Vesp. 1217 - - -				Prooem. C, 13.
— — — 1402 - - -	97			S. II, 8.
* — *Dionys. grammat.* in Bekker, Anecd. Gr. pag. 783				F. XXXVIII, 1.
— — pag. 786				F. XXXVIII, 2.
— *Eurip.* Alcest. 2 - - - - -	85 sq.		VII.	F. XVIII, 4.
— — Orest. 46 - - - - -	87		XII, 3	F. XL.
— — — 243 - - - -	80	26	IV, 1	F. LXXIV.
— — — 268 - - - -	83	38	XII, 4	F. XLI.
— — — 1287 - - - -	86	32	IV, 6	F. XXVII.
* — — Phoen. 166 - - - -				S. XI, 9.
* — — — 301 - - - -				S. XI, 2.
— — — 674 - - - -	83	13	VIII.	F. XVI.
— *Hesiod.* Prolegom. p. 7 sq. 15 sq. Gaisf. - - - - -				S. IV, 3.
— — Op. et d. pag. 66 Heins.				S. IV, 3.
— — Theog. pag. 256 - -	83	21	III, 5	F. VI.
— — Scut. Herc. summar.	88			F. XIII.
— *Homer.* Venet. ad Il. II, 339 -	88	32	IV, 5	F. XX.
* — — — V, 31 -				F. LXXI, 2.
— — Victor. — VI, 307			inc. 13	F. LXXXIV.
— — Venet. — XXI, 575			XVI, 1	F. LXVI, 1.
— — — XXIII, 92	88			F. XXV.
— *Horat.* Cruq. ad Od. I, 16, 28 -		23	IV, 1	F. XLIX, 6.
* — — — ad Epod. XVII, 42				F. XLIX, 5.
* — *Pindar.* metr. ad Ol. III. str. 9. epod. 9.				S. XI, 7.
* — — — VI. epod. 3.				S. XI, 8.
* — — — — — 14.				S. XI, 7.
* — — — VII. epod. 13.				S. XI, 7.
— — Vratisl. ad Ol. IX, 128				F. LXXXIX.
* — — vet. ad Ol. X, 19 - -	86	36	XI.	F. XII.
* — — metr. ad Ol. XII. str. 5. epod. 8.				S. XI, 8.
* — — — — epod. 9.				S. XI, 7.
* — — vet. ad Pyth. III, 96 -	85		VII.	F. XVIII, 3.
* — — metr. ad Pyth. XII. str. 14.				S. XI, 7.
* — — — ad Nem. VIII. str. 3.				S. XI, 7.
* — — — ad Isthm. I. epod. 11.				S. XI, 1.
— — — II. str. 8.				S. XI, 7.
— *Theocrit.* Id. XVIII. init. -		23	VI.	F. LI.
* *Servius* Centimetr. pag. 1820 Putsch.				S. XI, 11.
— — pag. 1821 —			III, 2	S. XI, 15.
* — — pag. 1822 —				S. XI, 20.
Sextus Empir. Adv. mathemat. I, 12			VII, 1	F. XVIII, 1.
Silius Ital. XIV, 232 - - - - -				S. III, 1.
Statius Silvar. V, 3. v. 154. - - -	78			S. IX, 19.
Stephanus Byzant. s. v. Ματαυρός	96			S. III, 2.
Stobaeus Florileg. Tit. CXXIV. -	81		inc. 2	F. LXXIX.
— — — CXXVI. -	80		inc. 3	F. LXXX.
Strabo I. pag. 42 - - - - - - -	87			F. XCIV.
— III. pag. 148 - - - - - -	82	17	III, 2	F. V.
— VIII. pag. 347 - - - - -	79	39	XV.	F. LV.
— — pag. 356 - - - - -	83			F. LXX.
Suidas s. v. ἀρύβαλλος - - - -			inc. 16	F. XI, 2.
* — — ἐπιτηδευμα - - - -				S. VIII, 7.
— — ζαπληθές - - - - -				S. IX, 2.
* — — καθελών - - - - -				F. XXXIII, 3.
— — Κύλλαρος - - - - -	83		inc. 6	F. I, 1.
— — πάντα ὀκτώ - - - -	97			S. VIII, 15.
* — — Σιμωνίδης - - - -				S. II, 7.
— — Στησίχορος - - - -	95 sq.			S. I. init.
* — — τρία Στησιχόρου - -				S. X, 12.
— — — — - -				Prooem. C, 11.
— — οὐδὲ τρία Στησιχόρου				S. X, 12.

	Urs. pag.	Suchf. pag.	Blomf. fragm.	Nostr. collect.
Syncellus, *Georg.*, Chron. Ol. LV. pag. 191 - -				S. II. init.
Synesius De insomniis - - - - -	95			S. IX, 16.
— — — -	97			S. IX, 23.
Tabula Iliaca pag. 342 - - - -		35	IX, 8	ante F. XIX.
Tzetzes Chiliad. I, 25. vs. 640 sqq.				S. V, 4. VI, 5.
— — — vs. 689 sqq.		41	XIV, 1	F. XCVII, 3.
— — IV, 141. vs. 488. -				Prooem. C, 15.
— — V, 31. vs. 925 sqq.				S. VI, 5.
— Ad Lycophron. pag. 16, B. Pott.	81	25	V, 2	F. XLV, 1.
— — pag. 35, A. —	85			F. XXIX.
— — pag. 61, A. —	86			F. LXXIII, 2.
— — pag. 74, A. —	85			F. XXII.
— Posthom. 750 sqq. - - - -		35	IX, 7	F. XXXVI.
Vaticanus proverb. append. III, 38	94			S. X, 12.
Vibius Sequester De flum. etc. pag. 11 Oberl. - - - -				F. LVII.
Victorinus, *Mar.*, pag. 2519 Putsch.			III, 2	S. XI, 17.

3/3/64

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

PA 4435 S8A15

Stesichorus, of Himera
Stesichori Himerensis fragmenta